

*e. 33. de Consecr. D. 1.* Secus si Divina sunt celebranda. *Trid. sess. 22. in Decr. de Observo. & evitand. in celebratione Missæ. L. 4. tit. 10. p. 1.* Nova Ecclesia nequit edificari in loco non exempto à jurisdictione Ordinarij (secus est in loco exempto) etiam ab eo, qui Exemptus est, (nisi ad hoc habeat privilegium speciale) sine consensu Episcopi, expresso, vel tacito, quatenus sciens edificari, non impedit, cum facile possit; imò sufficit, si accedat Episcopi consensus post ejus constructionem, & in dubio intervenisse presumitur. *e. 4. de Privileg. in 6. e. 9. de Cons. D. 1. L. 1. tit. 10. p. 1.* Episcopus, cujus licentia requiritur, intelligitur proprius loci ubi Ecclesia construitur. Quando Ecclesia de novo construenda est, Episcopus vel per se, vel per alium, debet primum ponere lapidem, & crucem figere, & supra illum lapidem debet fieri Altare majus, debetque atrium designare, in quo Ecclesia construenda est. *e. 9. de Consecr. D. 1. L. 2. tit. 10. p. 1.* In Indijs nulla Ecclesia, Monasterium, nec pius locus construi potest, quin Regis nostri, qui Patronus est omnium Ecclesiarum licentia precedat. *L. 2. tit. 6. lib. 1. R. Ind.* Quod si forte defecto fabricari cepissent sine licentia, demoliri debent. *L. 1. t. 3. lib. 1. R. Ind. Solorz. Polit. lib. 4. cap. 23.* Si Ecclesia Parochialis, intra cujus fines altera est erigenda, est exempta, procedit Episcopus in licentia concedenda tamquam delegatus Papæ: ac proinde sine consensu, vel Consilio Capituli. *Trid. sess. 21. de Ref. cap. 4.* Si verò Episcopo est subiecta, requirit Episcopus consensum Capituli, cum species alienationis sit. *e. 7. de Donat.* Episcopus nequit licentiam negare ad construendam Ecclesiam, nisi ex justa causa: v. g. quia dotem congruam non habeat. *e. 9. de Consecr. D. 1.* Vel si luminibus vicinarum domorum officiat, aut accessus ad eas impediatur. Et Ecclesie potest fieri novi operis nuntiatio. *e. 1. e. 2. de Nov. oper.* Vel si alij Ecclesie præsertim Parochiali, inferatur præjudicium in emolumentis. *e. 44. 16. q. 1.* Nec sufficit, quod alterius minuatur concursus. Ut nova Ecclesia Parochialis construatur necessaria est justa causa, scilicet, magna difficultas Parochianorum Ecclesiam pro Sacramentis percipiendis adeundi, vel ob distantiam locorum, vel aliam incommoditatem. *Trid. sess. 21. de Ref. e. 4.* tunc enim potest erigi, etiamsi Episcopus novam Ecclesiam non extruere jurasset; *arg. c. fin. b. t. L. 9. tit. 10. p. 1. Barb. & Gonz.*

*in c. fin. b. t.* Si Populus est valde numerosus, sufficit Parochum, tot Sacerdotes coadjutores adungere, quot sufficiant ad Sacramenta administranda, & cultum Divinum celebrandum. *Trid. sess. 21. de Ref. cap. 4.* Debet item, ut nova construat Parochia, esse competens Parochianorum numerus, & dos congrua. *e. 9. de Consecr. D. 1.* scilicet, ad luminaria, Ministros, aliaque ad Sacrum Ministerium necessaria, quæ à fundatore, vel in ejus defectu ab Episcopo est assignanda, ex redditibus Ecclesie Matricis, si sufficientes habeat. *e. 3. b. t.* vel etiam Parochianorum contributione dos constituitur. *Trid. sess. 24. de Ref. e. 13.* Alias Episcopus consecratus, ex redditibus suæ mensæ, Ecclesiam dotare tenetur. *e. 8. de Consecr. Eccles. L. 3. tit. 10. p. 1.* Quod si nec Episcopus succurrere valeat, novus Rector suo artificio, & industria victum querere debet. *e. 3. D. 91.* Rector Parochie Matricis, intra cujus fines nova Parochia erigitur, necessario ad valorem novæ erectionis citandus est. *Gloss. in c. 1. D. 99. Gare. de Benef. p. 12. cap. 3. n. 3.* Et ipsi Ecclesie Matrici competens honor est servandus, aliqua jura et referendo arbitrio Episcopi. *e. 3. b. t. Et ibid. Barb. & alij.* Insuper Patronus Ecclesie Matricis, saltem si nova Parochia, ex ejus redditibus est dotanda, citari debet: sed si novam erectionem justa causa suadeat, & requirat, etiam in vitis Parochia, & Patrono erigenda est nova Parochia. *e. 3. b. t. Trid. sess. 21. de Ref. cap. 4.* Jus Patronatus novæ Ecclesie pertinet ad illum, qui eam suis sumptibus construxit: quod si sumptibus Ecclesie Matricis constructa sit, Parochus Matricis erit Patronus, & ipse Sacerdotem in nova Ecclesia institutum præsentabit. *e. 3. b. t.*

433 Ecclesia Cathedralis verustate, vel alio casu ruinam minans, reparanda ab Episcopo est ex quarta suorum reddituum. *e. 27. 12. q. 2.* Si hoc non sufficit, Canonici ex redditibus præbendarum, vel distributionum quotidianarum, vel aliarum rerum Capituli contribuerent tenentur. Quod si adhuc non sit sufficiens, Episcopus cum Capitulo potest decernere: quod Clerici inferiores ex superfluis contribuant: vel applicabit fructus beneficiorum vacantium. *L. 11. tit. 10. p. 1. Barbos. in c. 1. b. t. n. fin.* ubi plures ciat, Ecclesia Parochialis reparari debet ex proventibus ad fabricam deputatis. *e. 10. 10. q. 1. e. 1. e. 2. e. 3. 10. q. 3.* Si hoc non sufficit, contribuent Parochus, & Beneficiari Ecclesie. *e. 1. e. 4. b. t. & ibid. Barbos. & Gonz.*

*Gonz. Trid. sess. 21. de Ref. e. 7.* Non tamen ex bonis Patrimonialibus, sed ex redditibus beneficiorum, pro ipsorum beneficiorum rata, relicta tamen congrua sustentatione Parochia, & beneficiatis. *e. 4. b. t.* in horum defectum contribuent Patroni, si aliquid ex bonis Ecclesie percipiant: v. g. pensionem annuam, & non aliter. *Lamb. de Jure Patr. L. 3. q. 7. art. 2. n. 5.* & omnes alij, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs provenientes, percipiunt. *Trid. sess. 21. de Ref. e. 7.* Decimatores, saltem Ecclesiastici, contribuent: secus Laici, nisi aliud habeat consuetudo, cum tales decimæ non censentur bona Ecclesiastica, sed patrimonialia, etiamsi postea per venditionem: v. g. ad Ecclesiasticos redeant. In horum defectum contribuent Parochiani Laici, plebsij, & nobiles, quia tali Ecclesia percipiunt Sacramenta. *Trid. e. 7.* debentque juxta vires patrimonij concurrere, debita proportione servatas. *arg. L. 12. C. de Oper. publ.* Si alicubi vigeat consuetudo, quod prius concurrant Parochiani, quam Clerici, hæc servabitur, & ad id Parochiani compellentur. *arg. c. 41. de Simon. Gonz. in c. 1. b. t. n. 7.*

434 Quod si nullo modo Ecclesia valeat reparari, destruetur, & ejus jura, beneficia, & dos ad Matricem, vel aliam viciniorum, Episcopi autoritate, transferentur. *Trid. e. 7.* & in Ecclesia, ad quam fit translatio altare est erigendum sub invocatione Ecclesie dirute. Locus, in quo fuit Ecclesia, profanus redditur, erigitur tamen crux in signum, quod Ecclesia ibi aliquando steterit. Ligna, & materialia hodie possunt, non solum in usum Ecclesiasticum, ut olim *e. 38. de Conf. D. 1. L. 8. tit. 10. p. 1.* sed etiam in usum profanos, non tamen sordidos, converti. *Trid. sess. 21. de Ref. e. 7.* si ampliatio Ecclesie fiat utiliter, sed non necessario, minime tenentur ad illius sumptus concurrere, qui ad ejus reparationem tenentur; imò & ipsi hanc ampliacionem poterunt impedire; *arg. L. 8. ff. de Servit. Urban.* Nam eis irrogatur præjudicium propter futuras expensas reparationis ampliatæ Ecclesie: quod si ampliatio sit necessaria ob Populi multitudinem, cum hæc sit nova constructio, facienda est sumptibus Episcopi, vel eorum, quibus Ecclesia constructio incumbit. *c. fin. b. t.* Reparatio verò Ecclesie jam ampliatæ pertinet ad ipsos, qui veterem Ecclesiam reparare tenebantur. *Gonz. in c. 1. b. t. n. 6. contra alios.* In Indijs omnes Ecclesie Cathedrales, & Parochiales erectæ fuerunt expensis Regijs, sed si aliquæ de novo construendæ

sint in futurum, debent fieri, ut præscribitur in *L. 2. tit. 2. lib. 1. R. Ind.* ibi: *Es nuestra voluntad, y mandamos, que de aqui adelante, y quando à Nos pareciere necesario, que se fabriquen Iglesias para Cathedralles, se edifiquen en forma conveniente; y la cosa que se hiciera en la obra, y edificio, se reparta por tercias partes: la una contribuya nuestra Real Hacienda: la otra los Indios del Arzobispado, & Obispado: y la otra los vecinos.* Quod latius explicatur in Legibus sequentibus. *Solorz. Polit. Ind. L. 4. e. 4. & 23.*

## TIT. XLIX.

## De Immunitate Ecclesiarum, Cameterij, &amp; rerum ad eas pertinentium.

435 Immunitas sic dicitur, quasi sine munere, seu onere; ac proinde est quasi vacatio, exemptio, seu libertas à muneribus, seu oneribus, aliquo communibus, teste Nebrissensij. Hinc immunitas Ecclesiastica, de qua in præsentij, potest sic definiti: *Est jus, quo loca, res, vel personæ Ecclesiastica ab oneribus, vel etiam officijs secularibus libera, & exempta sunt.* *Covarr. lib. 2. Var. cap. 20. Gonz. in c. 1. h. t. n. 10. & com. DD.* Immunitatem Ecclesiasticam Jure Divino introductam ex *c. 4. de Consib. in 6. ex Psal. 81. v. 6. Ego dixi: Dij estis. Matth. 17. v. 25. Ergo liberi sunt filij: tenent Barb. l. 1. fur. Eccles. e. 39. §. 5. n. 5. Fagnan. inc. 4. b. t. n. 4. & alij.* Jure Humano tantum esse inductam, assertur alij, quia nullus textus est in Legge nova hanc exemptionem sufficienter probans. Sed tenendum, esse de Jure Divino, quoad originem. Et hoc, & non plus probant textus allegati. Esse tamen immediate de Jure Humano, ex *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 20.* ubi immunitas Ecclesie, & personarum Ecclesiasticarum, Dei ordinatione, & Canonice institutionibus dicitur constituta. *L. 50. tit. 6. p. 1.* sic plures cum *Gonz. in c. 4. b. t. num. 8.* Triplex est immunitas, videlicet, personalis, quæ personis: realis, quæ rebus: localis, quæ locis Ecclesiasticis competit. Immunitas personalis consistit, non solum in privilegijs Canonis, & fori, & exemptione ab obligatione Legum civilium, de quibus alibi, sed in exemptione ab oneribus personalibus.

436 Clerici ergo sunt immunes à tributis personalibus, ut sunt capitationes, qui-



quibus scilicet, aliquid imponitur singulis personis, etiam si nulla bona immobilia habeant. Et hæc exemptio constat ex c. 1. b. t. in 6. l. 2. C. de Episcop. & Cleric. l. 51. tit. 6. p. 1. ibi: *Deben ser franquados todos los Clerigos de non pechar ninguna cosa por razon de sus personas.* Quia hoc tributum provenit titulo jurisdictionis, quam quidem in Clericum Princeps Sæcularis nequit exercere. Et quidem apud omnes Gentes fuerunt Sacerdotes in summa veneratione habiti, & à communibus oneribus immunes, ut de tempore Pharaonis, & Artaxerxis constat. *Gen. 47. v. 22. Esdr. 1. c. 7. v. 21. l. 50. tit. 6. p. 1. ibi: E pues los Gentiles los honraban tanto, mucho mas lo deben hacer los Christianos, que han verdadera creencia.* Immunes item sunt à muneribus fordidis, ut arenæ fodiendæ, cloacæ mundandæ, &c. Nec ea acceptare debent cum dedecore status Clericalis; arg. l. 12. C. de Excusat. muner. l. 51. tit. 6. p. 1. Nec possunt compelli ad munera indifferencia ut tutela. l. 52. C. de Excusat. muner. Imò nec ad honorabilia, ut regere Civitatem; possunt tamen hæc duo ultima sponte accipere. l. 1. & seq. C. de Excusat. muner. Nec possunt compelli ad bellum ire personaliter. c. 19. 23. q. 8. Imò quia Clerici nequeunt in bello pugnare. c. 9. §. fin. de Voto. Nec muros custodire, nec Vigillas agere tenentur. l. 51. tit. 6. p. 1. Nisi grave periculum ab Infidelibus, vel Hæreticis imminet, vel quando Laici non sufficiunt. c. 2. b. t. l. 52. tit. 6. p. 1. Nec tenentur hospitium militibus dare, etiam in suis domibus patrimonialibus. l. 1. C. de Episc. & Cler. l. 51. tit. 6. p. 1. Et quamvis Ecclesie semper sint ab onere hospitandi exemptæ, tamen domus Clericorum, saltem in nostra Hispania, non gaudent hac immunitate, quoad Rex noſter, vel ejus filij iter faciunt per aliquem locum. l. 7. tit. 2. lib. 2. Ordin. & notat Greg. Lop. in l. 51. tit. 6. p. 1. V. Poffar. Gonz. inc. 1. b. t. num. 11.

437 Non solum Ecclesie, Monasteria, vala, ac vestes sacre, & alie res hujusmodi sunt immunes à tributis, angarijs, vectigalibus, collectis, contributionibus, & alijs oneribus personalibus, & mixtis, scilicet, quæ imponuntur personis subditis sine respectu ad bona, vel cum respectu ad bona, quæ possident. c. 4. de Censib. in 6. c. 4. h. t. l. 2. l. 6. C. de Episc. & Cleric. l. 1. tit. 11. p. 1. Sed etiam bona temporalia ad conservationem, & augmentum cultus Divini, altarium ornatum, Ministrorum sustentationem destinata à tributis, & oneribus

tribus Sæcularibus sunt exempta. c. 1. de Censib. c. 24. & 25. 23. q. 8. Et quamvis talia bona, vel prædia essent subiecta tributis, si tamen ad Ecclesiam perveniant, non solum non possunt ipsis de novo tributa imponi. c. 4. b. t. Sed etiam ab antiquis liberantur, cum ex eo, quod ad Ecclesiam transierint jurisdictione Laica eximantur. c. 1. h. t. in 6. Suar. l. 4. de Imman. c. 20. n. 19. Barb. de Jur. Eccles. lib. 1. c. 39. §. 2. Aceved. in l. 11. tit. 3. lib. 1. R. C. n. 8. Gonz. in c. 4. b. t. n. 10. & alij. & mirifice comprobatur ex l. 14. tit. 14. lib. 6. R. C. Si vero talia prædia ex vi dominij, vel pacti aliquo oneri reali invariabili, & in perpetuum essent gravata, etiam si ad Ecclesiam perveniant, cum suo onere transeunt; arg. c. 5. de Pignor. Nequis suo jure privetur. c. 22. 23. q. 8. l. 11. tit. 3. lib. 1. R. C. & ibid. Aceved. ex n. 8. alios citans. Bona Clericorum non solum Ecclesiastica, quæ ex titulo spirituali decimantur, vel beneficiorum ipsi habeant, sed etiam bona ipsorum patrimonialia, exempta sunt à tributis, & alijs oneribus, quia ex jurisdictione civili à Principibus imponuntur. c. 4. c. 7. b. t. c. 1. eod. in 6. c. 4. de Censib. in 6. Cl. un. b. t. Antb. Item nulla. C. de Episc. & Cler. l. 6. tit. 18. lib. 9. R. C. Suar. l. 4. de Imman. c. 24. Less. de Just. & Jur. l. 2. c. 33. n. 18. Barb. in c. 4. b. t. ex n. 3. & ibid. Gonz. n. 10. & alij. Et sic declaratum à S. Cong. 14. Nov. 1603. testatur Pignat. tom. 2. conf. 54 n. 55. Clerici enim suis ministerijs Regi, & Regno in spiritualibus subveniunt, sicut vasalli Laici in temporalibus exactioibus; deinde soli Clerici ad subsidium charitativum Episcopo præstandum tenentur: hinc essent deterioris conditionis, quam Laici, si ad exactiones, tributa, vectigalia, vel alias contributiones tenerentur. Si seminati spiritualia debent temporalia tamquam melis retribuui, juxta Apoc. 1. Cor. 9. v. 11. Nonne esset miserabilis conditio Clericorum, si postquam Republicæ suffragantur in exercitio spiritualium ministeriorum, insuper tenerentur, etiam in temporalibus subvenire? Unusquisque secundum suum officium optimè ministrat, & ex omnibus harmonica consonantia Republicæ resultat. Quod pulchrè significat Alciatus. Emblem. 41. Laerte genitum, genitum quoque Tydeus una, hac cerea expressit Zenalis apta manus. Viribus hic præstat, hic pollet acuminis mentis, nec tamen alterius non eget alter ope. Cum duo conjuncti veniunt, victoria certa est, solum mens hominem, dextræque desistit. Imò plus præstant Clerici, quam Laici, sicut arguebat Ulysses

Ulysses

Ulysses Ajaci. *Tu tantum corpore prodes, Nos animo: quantoque ratem, qui temperat ante remigis officium. Quanto est Dux milite major, tanto Ego te supero.* Nec Clerici possunt prohiberi minutim vendere panem, & vinum, nec ad solutionem vectigalium obligari, si hæc ex suis bonis patrimonialibus, vel beneficialibus colligant. *Cl. fin. de Censib. 438.* Si necessitas, cui succurrendum sit, totius Republicæ commodum (& non tantum singularium Clericorum utilitatem respiciat) qualis esset reparatio viarum, pontium, vel murorum, non possunt Clerici subvenire, & contribuere, etiam ex patrimonialibus, sine consensu Pontificis: vel si hic nequeat adiri, est necessarius consensus Episcopi simul, & Cleri. c. 4. & 7. b. t. Barb. in c. 7. b. t. n. 3. Suar. l. 4. de Imman. c. 26. n. 15. Aceved. in l. 11. tit. 3. lib. 1. R. C. n. 7. Gonz. in c. 4. b. t. n. 15. & declaratum testatur Pignat. t. 1. consult. 50. n. 3. & 6. conf. 101. n. 11. Utergo contributio Clericorum sit licita requiritur, ex c. 4. & 7. b. t. Quod necessitas, vel utilitas sit Clericis, & Laicis communis, & quidem debet esse evidens, vel valde gravis, & quod facultates Laicorum non sufficiant ad ei subveniendum: quod tunc accidit quando Laici, etiam particulares, non habent, unde subveniant, nisi necessarijs ad suum statum priventur. Less. de Just. & Jur. lib. 2. c. 33. n. 26. Gonz. in c. 4. b. t. n. 14. & alij, & ita declaratum est à Clem. VIII. alias nullum esset privilegium Clericorum, si ad defectum bonorum Civitatis tenerentur: quamvis Suar. de Immunit. lib. 4. c. 6. & alij. Credant solum requiri, quod facultates communes Civitatis non sufficiant, & habetur in l. 11. tit. 3. lib. 1. R. C. ibi: *A falcetimiento de Proprios de Concejo, deben contribuir, y ayudar los dichos Clerigos.* Vid. Gonz. in c. 4. b. t. n. 14. Non est necessarius consensus totius Cleri, ut aliqui volunt; sed sufficit, quod Capitulum Cathedralis consentiat. Suar. l. 4. de Imman. c. 26. Aliqua ex his conditionibus deficiente, non possunt Clerici licite contribuere, nec huic privilegio renuntiare; arg. c. 13. de Foro compet. In casu tamen urgentis necessitatis, Pontifex, vel Episcopus consensum præstare tenentur; arg. l. 11. §. 7. ff. de Leg. 3. Et per Ecclesiasticos, non per Sæculares Judices sunt Clerici compellendij; arg. c. 7. h. t. l. 54. tit. 6. p. 1. Aceved. in l. 11. tit. 3. lib. 1. R. C. n. 5. Gonz. & alij. Ac proinde tempore famis debent Judices Laici Episcopum adire, ut compellat Clericos frumentum, & victualia justo pretio vendere. c. 4. c. 7. h. t. Bull. Cæn. cas. 18. l. 54. tit. 6. p. 1. Nisi periculum esset in mora, vel Superior

Tom. I.

Ecclesiasticus requisitus sit negligens: nam tunc Judex Sæcularis; non vi jurisdictionis, sed potestate economica, & quasi titulo justæ defensionis posset ex horreis Clericorum frumentum extrahere, & justo pretio vendere, ne Republica fame pereat. Et hoc modo Princeps Sæcularis tempore pestis solet Clericos obligare, ad obvianda edicta, quæ pro tuenda salute promulgantur: & declaratum testatur Delbene de Immunit. c. 9. dub. 14. n. 7. Quando verò contributio æquè primario, & principaliter respicit commodum, tam Clericorum, quam Laicorum, æquè ab omnibus prorata fieri debet, sic tenentur contribuere in collectis, & contributionibus impositis pro conservatione vinearum, tritici, & fructuum communium. V. g. Si flumen vicinos agros Laicorum, & Clericorum inundet, & aliquid debeat contribui pro reparandis aggeribus. l. 12. tit. 3. lib. 1. R. C. Similiter debent solvere collectam pro custodiendis gregibus, vel armentis, vel agris communibus impositam, vel etiam pro occidendis, vel colligendis locustis, vermibus, vel alijs animalibus vastantibus segetes: quod si animalia Clerici vastaverint aliena, vel communia pascula, pro damno dato tenentur. Et quidem Judex Sæcularis ad pecorum capturam procedere potest, si poena de plano sit exigenda sine strepitu, & figura Judicij: si tamen in judicio petenda sit, coram Judice Ecclesiastico peti debet. l. 54. tit. 6. p. 1. Gonz. in c. 4. b. t. ex n. 13. qui sic intelligit, Legem 12. tit. 3. lib. 1. R. C. & juxta distinctionem casuum antecedentium intelliguntur. l. 5. l. 7. C. de Sacros. Eccles. l. 54. tit. 6. p. 1. Aceved. in d. Leg. R. C.

439 Hac immunitate reali gaudent. 1. Ecclesie, Monasteria, aliaque loca religiosa, & sacra. 2. Clerici, etiam in minoribus, etiam si conditionibus. *Trid. less. 23. de Ref. c. 6.* careant. *Molin. de Just. tr. 2. D. 671. n. 5. Barb. l. 1. Jur. Eccles. c. 39. §. 5. n. 15.* Nisi sint conjugati, etiam cum unica, & Virgine; nam hi in Ecclesia Latina, non gaudent immunitate, secus in Græcia. *cum de Cleric. conjug. in 6. Barb. l. 1. Jur. Eccles. c. 39. §. 5. n. 19. 3.* Regulares utriusque sexus, etiam Novitij, & oblati, qui habent obligationem in perpetuum alicui ordini servienti, et si non sint Religiosi: fratres, & sorores S. Francisci in communitate viventes, commendatarij & equites Ordinum Militarium. *Rodrig. Regul. t. 2. q. 65. art. 14. 4.* Coloni partiarj, qui agros Ecclesiarum pro aliqua fructuum parte colunt, saltem, quoad partem fructuum Ecclesie præstandam. *Menoch. de Arbitr. cas. 562. n. 21. & 33. Barb. lib. 1. Jur. Eccles. c. 39. §. 5. n. 30.* Imò, & quoad suam

Yyyy

par-



partem. *L. 2. §. 1. C. de Episcop. & Cler.* Nam cum hoc onus sit mixtum, comprehendit non solum personam colonis, sed & fundum Ecclesiæ, ac proinde illa his oneribus subijceretur. Si aliquis Magistratus Sæcularis, etiam Princeps supremus, extra privilegium, vel casum sibi permittit imponit tributa, vel alias, collectas, & exactiones per se, vel per alios directè, vel indirectè Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis, vel eorum bonis, peccatum injuriarum, & sacrilegij committit. Constitutiones de hac re editæ sunt nullas; & hoc faciens ipso jure incurrit excommunicationem: extra articulum mortis, Pontifici reservatam. Et etiam depositio officio excommunicationi manent tales Magistratus, si non satisfaciunt: à qua quidem excommunicatione nequeunt absolvi, nisi satisfactio præstata, vel ex bonis communitatis, vel si ex eis nequeant, ex proprijs, vel si hoc non possint, saltem cautionem de satisfaciendo præstabunt, etiam in articulo mortis. Quod si nec hoc possint, sufficere firmum propositum satisfaciendi, & promissio standi mandatis Ecclesiæ. *c. 4. & 7. b. t. c. 4. de Censib. in 6. Cl. un. b. t. Bull. Cens. cas. 18. ibi: Qui vult collectas, decimas, tallias, præstantias, & alia onera Clericis, Prelatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum, beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, absque simili R. Pontificis speciali, & expressa licentia imponant, & diversis, etiam exquisitis modis exigant, aut se imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiant: nec non, qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere non verentur, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate. Nec possunt cludi tales Constitutiones prætextu privilegij Apostolici, vel consuetudinis immemorialis, vel quod non sint promulgatæ, aut receptæ.*

440 Præterea impediens jurisdictionem Ecclesiasticam, & Judices Ecclesiasticos, quominus illa utantur, incurrit ipso facto excommunicationem. *c. 4. b. t. in Bull. Cens. cas. 13. & 14. reservatam Pontifici.* Item qui faciunt, vel servant statuta contraria Ecclesiastica libertati: v. g. prohibendo, ne Prelatis Ecclesiasticis aliquid vendatur; hi enim excommunicationem ipso facto incurrit in *Bull. Cens. cas. 15. reservatam.* Qui nullo statuto facto impediunt, aliquid obsequium præstari Clericis excommunicantur, at vero sine reservatione. *c. fin. b. t. in 6.* In nostra Hispania nostri Reges, præter Tertias, de quibus in *Tit. de Decimis* locuti sumus; & rebus Ecclesiasticis percipiunt quandam portionem, quam Hispanæ decimas

Subsidio, y Escusado, cujus originem refert *Alfonso Perez de Lara de Bul. Cruciat. p. 2.* Pius quidem IV. die 2. Maj. 1561. primus concessit Regibus Hispania subsidium ad quinquennium tantum, ut singulis prædicti quinquenij annis possent à statu Ecclesiastico exigere 42000. argenteos, y *Hispanæ Ducados*, pro sustinendis tremibus contra Turcas, aliosque fidei inimicos. Quæ summa solvenda est prorata ab omnibus Ecclesijs Sæcularibus, & Regularibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, & ex omnibus beneficijs Vicarijs, Præbimonijs, Pejoratis, & alijs Dignitatibus, etiam Regularium Mendicantium, & Ordinum Militarium D. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ. Ab hoc tamen onere eximuntur Ditiones spectantes ad Magistrum prædictorum Ordinum. *Hispanæ: Maestrazgos.* Item eximuntur Ecclesiæ Indiarum, Milites Melitenses, Cardinales, & Hospitalia, quæ Hospitalitatem exercent. Deinde: *S. Pius V.* considerans magnos sumptus à nostris Regibus in favorem fidei factos in bello sustinendo contra Belgicæ Hæreticos ipsi concessit *di 21. Maji 1571.* ad quinquennium tantum, quod ex omnibus Parochijs Hispaniæ ille, qui pinguiore decimas haberet, Regi eas persolveret; & hic excusatus, & subsidium *Escusado Hispanæ* dicitur. Debetque solvi ab Universitatibus, Collegijs, & alijs, etiam sæcularibus, qui decimas percipiunt. Ab hoc tamen onere eximuntur fructus pertinentes ad Cameram Apostolicam, quando Sedes vacat, & Milites Melitenses: potestque applicari bello, quod fit contra Turcas, vel Mauros. Sed pro vitandis contentioibus, quæ in hujusmodi subsidiorum exactione exoriri poterant, variæ conventiones factæ sunt cum Capitulis Ecclesiarum Cathedralium, quas late refert *Perez de Lara*, ubi supra. Et nunc de nova conventionem agitur. Et hinc Capitula utrumque subsidium solvunt delegatis, vel subdelegatis Commissarijs Generalis Cruciatæ. Et quidem ad ipsos, non solum exactio spectat, sed & cognitio omnium causarum civilium, & criminalium ad prædicta subsidia pertinentium, etiam quando rei Laici sunt, quorum personas, & bona prædicti delegati apprehendere possunt, etiam non invocato brachio sæculari. Et appellatio solum, & præcisè conceditur ad Supremum Cruciatæ Senatuum: nec admittitur recursus ad Cancellarias sub quocumque prætextu, etiam violentiæ. *L. 3. r. 10. lib. 1. R. C.* ibi: *Mandamos à Vos los dichos Presidentes, y Oidores, que no vos entremetais à conocer, ni conozeais por via de fuera, ni en otra manera alguna de causa,* pro-

proceso, ni diferencia alguna tocante à las dichas Cruzadas, Bulas, y quartas, y subsidios, y quenta de ello: ni admitais peticiones, ni apelaciones, que sobre ello ante Vos se dieren: ni mandeis traer los procesos à las dichas nuestras Audiencias, ni deis sobre ello contra los dichos Conessarios, y jueces Provisiones, ni Autos algunos, antes remitais las tales peticiones, apelaciones, y procesos à los dichos Jueces, y Comissarios, para que bagan, y administren justicia en ellos, segun el tenor, y comision Apostolica à ellos concedida. Idem in *L. 5. tit. 20. lib. 1. R. Ind.*

441 Immanitas localis Ecclesiæ violata per aliquos actus peccaminosos, qui rationem sacrilegij induunt, non ex natura sua, sed ex Lege positiva, eos specialiter prohibent, ut occidere, vulnerare, fornicari, &c. *Sanct. de Matrim. l. 9. D. 15. n. 5. Gutier. & alij, contra Sylo. Medin. & alios.* In furto sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro. *c. 21. 17. q. 4.* Alij probabiliter dicunt, solum committi sacrilegium, quando res non sacra, quasi sub jure Ecclesiæ est, quatenus in custodiam, vel pignus tradita: secus si per accidens tantum sit in Ecclesia. *Fagund. l. 4. c. 4. n. 9. cum alijs.* Sacrilegus fur, si sit effractor Ecclesiæ, incurrit ipso jure excommunicationem lata sententia. *c. 22. de Sen. excom.* secus si non fit effractor. *c. fin. de Furt. arg. c. 16. de For. comp. Suar. de Censur. D. 22. sect. 2. n. 6.* & alij contra alios. Et insuper alij poenis arbitrarijs puniuntur pro qualitate furti, & personarum. *L. 4. §. 2. ff. ad Leg. Jul. pecul.* Deinde: aliqui actus, qui ex te liciti sunt, in Ecclesia fieri prohibentur. Sic cessare debent in Ecclesijs, earumque Cameterijs negotiationes, & præcipue nundinarum, ac forniculcumque tumultus. *c. 2. h. t. in 6. L. 11. tit. 11. p. 1.* Contractus tamen in Ecclesia, etiam cum peccato, (quod non semper intervenit) celebrati sunt validi, nec ullo jure irritantur. Imò venditio candelarum, & rerum pietatis fidelium deservientium, quæ in Cameterijs, vel Templis sine strepitu fit, consuetudine univiersali sic approbante, est licita. *Azor p. 2. l. 9. c. 9. q. 5.*

442 In Ecclesia locum sine sacrilegio fieri placitum. *c. 1. b. t.* id quodquid ad strepitum judicalem pertinet, à Judicibus Laicis, nec arbitris juris, vel compromissarijs; *arg. L. 1. ff. de Recept. qui arbit.* secus dicendum de arbitratoribus. Et totus processus judicialis, & ipsa sententia lata in Ecclesia est nulla: & præcipue prohibetur agitari, & quidem sub anathemate, causa criminalis: absurdum enim, & crudele est, ibi

judicium sanguinis exerceri, ubi est tutela reijugij constituta. *c. 1. c. 5. b. t. c. 2. eod. in 6. L. 1. r. 11. p. 1. ibi: Porque seria contra razon, & cruel cosa de juzgar los omes à muerte, & alison en el logar, que es establecido para servir à Dios, & para hacer obras de piedad, & misericordia.* Et hac ratione non licet Ecclesiam in munitionem assumere ad usus bellicos, nisi in casu necessitatis, & in bello defensivo cum licentia Episcopi. *Azor p. 2. l. 9. c. 9. q. 6.* Licite tamen possunt dari Tutores in Ecclesia, & alij actus extrajudiciales, vel tantum jurisdictionis voluntariæ exerceri: præcipue, qui ad causam planè perferrè censentur. Et cum hæc Constitutio sit odiosa non est extendenda ad judicium Ecclesiasticum, quod nullibi invenitur prohibitum in Ecclesia fieri. *Azor p. 2. l. 9. c. 9. q. 1.* Nam in *L. 1. r. 11. p. 1.* expressè dicitur: *Nin debent en ella juzgar los pleytos seglares:* decantibus tamen extra eam fit. Item in Ecclesia prohibentur Universitatum, & Societatum Concilia, seu Parlamentaria. *c. 2. h. t. in 6.* in quibus negotia profana tractantur: secus Congregationes, quæ ad religionem, & pietatem propagandam fiunt. Nec in Ecclesia licet (secus in Sacristia) custodire bona Clericorum, aut Laicorum extra casum necessitatis. *c. fin. de Custod. Euchar.* Etiam Ecclesiæ, & domus Clericorum debent esse immunes ab onere hospitandi. *c. 1. b. t.* nec possunt in Ecclesia fieri ludi Theatrales, vel spectacula, nisi pietatem concernant. *c. 1. D. 92. c. 12. de Vir. & honest.* Possunt tamen gradus Magisterij, vel Doctoratus conferri, & disputationes, & prælectiones publicæ haberi, cum tales actus honesti sint, & univiersali consuetudine admisi in Ecclesia. *Suar. de Relig. tom. 1. r. 2. l. 3. c. 4. n. 15. Azor p. 2. l. 9. c. 9. q. 4.*

443 Præcipuum denique privilegium, quo ratione immunitatis localis gaudet Ecclesia, est jus Asyli, quod licet, quamdam securitatem præstat ad Ecclesiam confugientibus ab extractione, & violentia externa. Hoc jus apud omnes fere Gentes, & etiam Jure Divino antiquo, admissum fuit, ut valde consentaneum rationi, & dignitati, & excellentiæ locorum factorum, ob quorum favorem, & reverentiam fuit introductum. *Num. 35. v. 13. ibi: De ipsis urbibus, quæ ad fugitivorum subsidia separantur, tres erunt trans Jordanem, & tres in terra Chanaan, tam filijs Israel, quam adventis, atque peregrinis, ut confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. Ovid. 3. Fastor. Romulus in Saxo locum circumdedit alto. Quilibet huc, inquit, jam surge, tutus eris. Virg. Æneid. lib. 8. Hinc lucum ingentem, quem Romulus Sacrum*



*Asylum retulit, & gelida monstrat subrupe Lupercal.* Et nunc Jure Canonico, & Civili de novo introductum, & corroboratum est. c. 6. d. 87. c. 6. e. 8. e. 9. 17. q. 4. c. 6. & 9. b. f. L. 2. tit. 11. p. 1. ibi: *Franquezza bñ la Iglesia, & su Cementerio, cò todo ome que fuyere a ella, por mal que oviesse fecho, ò por debda que debiesse, ò por otra cosa qualquier, debe ser amparado, è non lo deben ende sacar por fuerza. nin matarlo, è nin darle pena en el cuerpo ninguna, nin cercarlo al derredor de la Iglesia, nin del Cementerio, nin vedar que non le den à comer, nin à beber. E. este amparamiento se entiende, que debe ser fecho en ella, è en sus portales, è en su Cementerio.* Et denique ex Constit. Greg. XIV. Cum alias 9. Kal. Jun. 1591. Cui in toto Orbe Christiano, & in utroque foro standum est. *Delib. de Immuni. c. 16. dub. 4. n. 2. Cov. l. 2. Var. c. 20. n. 2. Suar. l. 1. de Relig. tr. 2. l. 3. c. 8. n. 9.* Quod si Jus Civile à Canonico discordet, ubique terrarum standum est Canonico insuper habito civili, cum materia sit Ecclesiastica; arg. c. 2. de Foro compet. in 6. c. 8. de Sent. excom. in 6. Hinc quamvis in L. fin. tit. 11. p. 1. & in Jure Civili habeatur, quod non gaudet immunitate adulteri, raptores virginum, & obligati Principi ob exactiones tributorum, cum hæc dispositio non sit à Jure Canonico approbata: imò sit contra Textum in c. 3. 36. q. 1. vim non habet, ac proinde tales immunitate gaudere tenendum est. *Greg. Lop. in L. 2. tit. 11. p. 1. N. Por debda. Gonz. in c. 6. b. t. n. 9. Hevia in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 49. & alij.* Sed cum hoc jus alyi non Jure Naturali, vel Divino, sed tantum Positivo Inductum sit, potest contraria consuetudine derogari. c. fin. de Consuet. L. 33. ff. de Legib. Covarr. 2. Var. c. 20. n. 4. Barb. lib. 2. jur. Eccles. c. 3. n. 82. contra Bonae, & alios. Et defacto immunitas antiqua ad 30. vel 40. passus extensa. c. 6. c. 35. 17. q. 4. Jam consuetudine est ablata, ut ex silentio. L. 2. tit. 11. p. 1. dedit. *Greg. Lop. ibid. N. En sus portales.* Etiam per Constitutionem Gregorianam consuetudines antiquae sublatae sunt, non verò illae, quae post ipsam legitime introducuntur.

444. Immunitate igitur gaudent omnes rei nulla habita ratione sexus, ætatis, vel conditionis, extra crimina excepta ex generalitate. *Textum in c. 8. c. 10. c. 20. 17. q. 4. c. 6. b. t. Conf. Greg. XIV.* Qui antiquos casus confirmavit, & alios addidit; gaudent ergo etiam banniti, vel condemnati, excommunicati, interdicti, rei criminis pecculatus, sacrilegi, blasphemii, simoniaci, fures simplices. *Barb. in c. 5. b. t. ex n. 3. Hevia in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 17.* Clericos,

& Religiosos immunitate non gaudere respectu Judicis Ecclesiastici, tenent *Abb. in c. 6. b. t. n. 13. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 10. n. 5. Sanch. Conf. L. 6. c. 1. d. 8. n. 6. Laym. l. 4. tr. 9. c. 3. n. 11. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 17.* Eos gaudere respectu Jure, asserunt *Bern. Diaz, Cov. 2. Var. c. 20. n. 16. Barb. in c. 6. b. t. n. 16.* ubi late de hoc agit, & plures pro utraque parte citat. Quod licet non habeat locum, quando Clericus causa disciplinae est puniendus, & corrigendus à suo Superiori, ne delicta ferè omnia manerent impunita, saltem immunitate gaudent, ne possint extrahi, ut brachio seculari tradantur: alias Clerici deterioris conditionis essent, quam Laici & semper tamen consuetudo attendenda est. Et sic ad concordiam redigantur utriusque sententia. *Authores. Dian. in Sum. V. Immunit. n. 14. ait: Quod Religiosus fugiens è carcere ad Monasterium, vel Ecclesiam alterius Religionis gaudet immunitate, nec potest illinc extrahi sine licentia Generalis illius Religionis; imò & gaudet, si effugiat in Ecclesiam proprii Monasterij; & idem dicit de Monastilibus, & puellis educandis. Et n. 16. ait, quod Religiosus apostata gaudet immunitate in Ecclesia, & domo alterius Religionis ab ea, à qua apostatavit, & ita practiceri refert, alios citans. Item immunitate gaudet ob Textum generalitatem, contra *Petr. Greg. Syntr. l. 33. c. 22. n. 2. Rei, qui effrauto carcere ad Ecclesiam confugit, vel qui à manibus Ministrorum se eripiunt, vel etiam si ab eorum manibus non possint ferèripere, eos secum protrahunt ad Ecclesiam. Et etiam qui ad eam à Judice infescatus, prius, quam Judex pervenit. Covar. 2. Var. c. 20. n. 13. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. c. 11. n. 8. & 9. Barb. l. 2. Jur. Eccles. c. 3. n. 48. Qui à 3. Congr. esse declaratum, testatur. *Gutier. l. 3. q. 4. n. 10. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 13.* Ille, qui fide, & juramento custodi praeiuravit de redeundo ad carcerem, licentia conceditur adeundi Ecclesiam ad Missam audiendam, etiam si Ecclesia tamquam asylo uti velit, ejus immunitate non gaudet, cum non sit in sua libertate. Sic *Acevedo, & alij cum Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 11. n. 11.* contra *Nao. Covar. & alios.* Potest ergo Judex Ecclesiasticus eam Judicis Sæculari restituere, si cautionem præsterit, de non puniendo illum pœna corporali. Qui in carcere Eucharistiam accepturus ad eam confugit, non gaudet immunitate, cum non sit in sua libertate, nec ille, cui Monasterium, vel Ecclesia, tamquam carcer destinatur ejus gaudet immunitate: nec in dem illi, qui arripuntur, & ad Ecclesiam con-**

conducuntur, cum in illis non verificetur confugij ratio: nec illi, qui dum ad supplicium, vel ad carcerem ducuntur, per camerarium trahuntur. *Covar. 2. Var. cap. 20. n. 5. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 14. n. 61. Gonz. in c. 6. b. t. n. 3. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. ex n. 9.*

445. Debitor, qui in carcerem detrudendus est, gaudet immunitate, si ad Ecclesiam confugiat, ob generalitatem Textuum, & ex L. 1. & 6. C. de His, qui ad Eccles. confug. junct. c. 1. de Nov. oper. ut contra *J. son, & Cutel. de Immunit. L. 1. q. 32. à n. 6.* tenent *Covar. lib. 2. Var. cap. 20. n. 14. Suar. de Relig. tom. 1. l. 3. cap. 11. n. 3. Barb. in c. 6. b. t. n. 39. & alij.* Et quidquid sit in alijs Regnis, pro nostra Hispania expressè habetur in L. 2. tit. 11. p. 1. ibi: *Por mal, que oviesse fecho, ò por debda, que debiesse, ò por otra cosa qualquier, debe ser y amparado.* Etiam debitor tributorum, vel campior, vel mercator, etiam obligatus ad ratiocinia ex aliqua administratione, etiam fraudulentus decoctor, seu fallitus, juxta *Navar. Farin. Dian. & alios,* immunitate gaudet; sed in nostra Hispania tenendum est, quod mercator fallitus, Hispani: *Alzado,* qui scilicet in fraudem creditorum, se, & sua bona in Ecclesiam transferunt, cum habeatur, tamquam publicus latro, non gaudet immunitate, sed extrahendus est ab Ecclesia, præfata tamen cautione à Judice Sæculari, de non infligenda pœna corporali. *L. fin. tit. 2. lib. 1. R. C. Mercator verò, qui ob aliquod infortunium non habet, unde solvat, Hispani: Quebrado,* gaudet utique, sicut ceteri simplices debitores, immunitate Ecclesiastica. *Aceved. in L. fin. tit. 2. lib. 1. R. C. ex n. 6. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 42.* Servus à Judice ad Ecclesiam fugiens, omnino gaudet immunitate: Si à Domino fugit, quia ab eo timet puniri; si solum delictum leve antecessit, restituendus est Domino, qui juramento præfabit de impunitate: quod si adhuc nolit servus redire ad Dominum, potest inivitus compelli: quod si Clerici illum tradere recusent, potest impune ab ipso Domino extrahi. c. 32. 17. q. 4. c. 6. b. t. l. 3. tit. 11. p. 1. Si grave delictum commiserit, vel timens iram Domini sævitiam confugit ad Ecclesiam, non debet ipsi restitui servus, nisi majorem det securitatem; sed obligabitur servum vendere, cum Reipublica interfit, nequis sua re male utatur. *Gonz. in c. 6. b. t. n. 8.* Idem de servis adscriptis, vel alijs famulis dicendum est. Si milititer de Militibus militiam deserentibus: nam quodam modo servi sunt, ac proinde ab Ecclesia extrahendi, nec ejus gaudent

immunitate. *Gonz. in c. 6. b. t. n. 8. edv. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 46. Bobad.* Idem est de damnatis ad tritremes, si ex ipsis, vel ex carcere, dum ad eas transportantur confugiant. Et quamvis plures Doctores, præcipue non Hispani; hoc negant, hoc saltem in nostra Hispania tenendum est. *L. 9. tit. 24. lib. 8. R. C. ibi: Poes siendo, como son, condenados à servicio personal de galeras; no deben, ni pueden gozar de la inmunidad; y privilegios de la Iglesia, y que acogendolos, y amparandolos; y no los queriendo entregar, las nuestras Justicias los saquen; y como lo es, y debe ser permitido por Justicia; y Derecho.* Hoc tamen intelligitur, quando reus jam est damnatus ad tritremes, ita ut sententia transisset in rem judicatam, nec ab ea sit appellatum. Si enim sit appellatum à sententia, appellazione pendente, gaudebit immunitate, si ad Ecclesiam contigiat. *Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 46.* In exilium damnatus, si illud frangat, & ad Ecclesiam confugiat, potest extrahi ab Ecclesia, & in exilium iterum reduci, cum immunitas, solum liberet à pœna mortis, vel corporis afflictiva; ut ex *Nicolao Antonio, Baldo; Decian. & alijs* tenet *Gonz. in c. 6. b. t. n. 51.* Judæi, & Sarraceni, & alij Infideles etiam immunitate gaudent, ut contra *Covar. Gutier. Dian. Clar. & alios* tenent *J. son. Andri. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 20. ex n. 9. Barb. in c. 6. b. t. n. 50.* Quod verum est, saltem, quando volunt converti, id est, quando ante patratum delictum signa conversionis dederunt. *L. 1. C. de His, qui ad Ecclesiam confug. junct. c. 1. de Nov. oper. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 15.* Etiam gaudent Hæretici immunitate, nisi ob crimina excepta, ac proinde, licet non gaudeant, quando ob hæresim puniendi sunt, quia est crimen exceptum, in alijs delictis gaudent: quippe immunitas, non tam favore reorum contugientium, quam in reverentiam loci sacri, ad quem confugiant, conceditur. Ita contra *Covar. & alios* tenent *Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 10. n. 15. & alij.*

446. In summa; extra crimina excepta, quodcumque aliud delictum quis committat asylo, & immunitate gaudet. c. 6. b. t. L. 2. tit. 11. p. 1. l. 3. tit. 2. lib. 1. R. C. Ideo exprimitur servus, nisi majorem det securitatem; sed obligabitur servum vendere, cum Reipublica interfit, nequis sua re male utatur. *Gonz. in c. 6. b. t. n. 8.* Idem de servis adscriptis, vel alijs famulis dicendum est. Si milititer de Militibus militiam deserentibus: nam quodam modo servi sunt, ac proinde ab Ecclesia extrahendi, nec ejus gaudent



in domibus privatis homines spoliant, & resistentes occidunt. *L. 1. tit. 11. p. 1. ibi: Asíj como Ladrones manifestos, que tienen las cañinas, è las carreras, matan los omes, è los roban; Hispanè dicuntur: Vándidos, y Vándoleros.* Immunitate tamen gaudet fur simplex, vel etiam qualificatus; non inferens violentiam: vel qui in via privata furatur, vel qui in via publica solum attentavit, etiam sepius: Nam alias non verificantur in toto rigore verba Constitutionis. *Barb. L. 2. Jur. Eccl. cap. 3. ex n. 79. Gonz. in c. 6. b. t. n. 7. Delben. de Immunit. cap. 16. dub. 13. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. & alij, quamvis Paz in Prax. p. 52 tom. 1. cap. 3. §. 3. n. 70. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 41. dicant in nostra Hispania, consuetudine introductum esse, ut etiam simplices Latrones hac immunitate non gaudeant; de qua consuetudine in tanta generalitate aliqui dubitant, Standum tamen est cuiusque Prætorij consuetudini. 2. Publici Grassatores viarum, Hispanè: *Salteadores de caminos*, qui obfident itinera frequenter, ac ex insidijs violentè aggrediuntur, non quidem semel, sed aliqua frequentia, viatores. *L. 28. §. 10. ff. de Penis. Delben. de Immunit. cap. 16. dub. 13. n. 14.* Absque cæde tamen, & in hoc differunt à publicis Latronibus. 3. Depopulatores agrorum, qui scilicet incendio apposito, vel alio modo segetes, fructus, vel arbores agrorum ex quo cumque fine malo devastant. *c. 6. b. t. l. 4. tit. 11. p. 1. ibi: Otrosi los que andan de noche quemando, è destruyendo de otra manera las Miesas, è las Viñas, è los Arboles, è los Campos.* Antiquitus solum depopulatores nocturni privabantur asylo; hodie tamen cum in constitutione *Greg. XIV.* sit ommissa illa vox: *nocturnus*, & generaliter loquatur, generaliter intelligenda est etiam de depopulatores diurnis, qui proinde non gaudent asylo. Ut contra *Delben. & alios* tenent *Barb. in c. 6. b. t. n. 43. Farinac. & alij.**

447. 4. Assassini: Hi olim erant homines certi Populi infidelis; hodie tamen eodem nomine intelliguntur quicumque fideles, vel infideles, qui pretio accepto, vel promisso, & quidem ante patrum scelus, conducti occidunt, vel mandant occidere hominem incautum, qui non potuit se præcavere, & quidem Christianum. *c. 1. de Homic. in 6.* Nec sufficit, ut Assassini dicantur si infidelem occidunt, ut contra *Decian. Bonac. & alios, ex c. 1. de Homic. in 6.* deducitur. Et sic tenent *Covar. Gutier. & alij.* Tales enim Assassini, & eorum fautores asylo privantur. *Covar. lib. 2. Var. cap. 26. n. 10. Gutier. Paz, & Barbos, in c. 6. b. t. n. 48.*

*& alij.* Qui ad vulnerandum, vel ad mutilandum tantum, accipit pecuniam, non ad occidendum, non privatur asylo. *Gutier. Practic. qq. l. 3. q. 7. n. 59. Barbos, l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. n. 97.* Volens tamen occidere, si mors non est secuta in effectu, non privatur asylo; secus vero mandans occidere: nam etiam mors non sequatur in effectu immunitate privatur. *c. 11. de Homic. in 6. Gom. 3. Var. cap. 3. n. 11. Laym. l. 4. tr. 9. cap. 3. n. 9. Pignat. tom. 9. conf. 43.* Testes, vel Judices, qui pretio conducti cooperantur ad mortem alicujus innocentis, tamquam Assassini asylo privantur, ut contra *Bonac. D. 3. q. 7. p. 6. §. 3. n. 8. tenent Cartel. l. 1. q. 19. n. 14. & alij. 5. Rei criminis hæretici, & Apostatæ: si fide non gaudent propter hæc crimina immunitate: quod aliqui extendunt ad persecutores imaginum, & ad suspectos vehementer de hæresi; imò, & ad blasphemos: quod verum est de blasphemia hæreticali, non tamen de blasphemia simplici. *Barbos, in c. 6. b. t. n. 51. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 27. Simanc. & alij. 6. Rei criminis læsæ Majestatis in personam ipsius Principis, non recognoscens superiorem, etiam immunitate privantur, ut ipsum occidant, vulnerent, machinentur, mandent, vel consilio promoveant, etiam mors, vel vulneratio non sequatur. *Clar. §. Lesa Majestatis, n. 16. Delb. cap. 16. dub. 23. sect. 1. n. 3. Hev. 3. p. §. 12. n. 28.* non tamen privantur immunitate, qui non erat subiectus ratione originis, vel domicilij Principi læso. *Ch. 2. §. Denique, de Sent. & re Judic.* Nec qui offendit Principis conjugem, filios, Milites, Legatos, vel statuum. Nec qui Principis recognoscens superiorem personam offendit. *Barbos, in c. 6. b. t. n. 10.* Qui sciens conjurationem, eam non manifestat, gaudet asylo, ut contra *Farinac. & alios* tenent *Delbene de Immunitate, cap. 16. dub. 23. sect. 5. n. 5. & alij.***

448. 7. Homicida proditorius, *c. 1. de Homic. ibi: Si quis per industriam occiderit proximum suam, & per insidias, & ab altari meo velles eum, ut moriatur.* Cujus textus dispositio ad litteram in nostra Hispania servatur teste *Greg. Lop. in l. 4. tit. 11. p. 1. V. Desende*, quamvis plures aliter illum intelligant. Homicida ergo proditorius censetur, qui alium, cum quo inimicitia non geritur, & illum persequitur amicitia, saltem ordinaria, & communi, qualis est Civis ad Civem, vel Christiani ad Christianum, & per insidias, vel dolum, vel à tergo occidit ipsum. Hinc immunitate non gaudet, qui occidit parentes, conjugem, Dominum, commilitonem, locum Mensæ, vel itineris,

ris, vel alium proximum, etiam infidelem, vel hæreticum, si nullatenus eos rixa, vel inimicitia præcessit, que cautum facere debet occidendum. Vel qui proximum veneno occidit, si inimicitia non præcessit, vel qui abortum foetus animati procurat, vel qui etiam inimicum post reconciliationem specialiter signo amicitia roboratam, occidit. *Covar. Greg. Lop. Paz, & Liv. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 30. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. Barbos, in c. 6. b. t. ex n. 45. & alij, qui occidit inimicum à tergo, & per insidias, non censetur homicida proditorius. Nam proditor in rigore significat, qui unum in corde, aliud gerit in ore, sicut Judas, qui osculo pacis Christum tradidit; ac proinde talis non privatur immunitate, ut declaratum fuit à *Clem. VIII.* Et tenent *Barbos, in c. 6. b. t. n. 46. Farinac. Gutier. & alij, contra Covar. l. 2. Var. cap. 20. n. 7. Gom. 3. Var. cap. 3. ex n. 5. Suar. de Relig. tom. 1. l. 3. cap. 11. n. 12. Sancb. Conf. l. 6. cap. 1. dub. 8. n. 26. & alios, qui tenent, occidentem inimicum per insidias immunitate carere. Non igitur sunt rei homicidij proditorij occidens inimicum, etiam per insidias, vel à tergo, vel alio modo incautum, etiam dormientem. *Delben. de Immunit. cap. 16. dub. 20. sect. 5.* ac consequenter immunitate debent gaudere, vel qui occidunt repente Corvalem, vel armulum casu occurrentem, aut ex insidijs occupatum, vel etiam provocatum ad duellum, ut contra *Barbos, l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. n. 101.* tenent *Farinac. in Ampl. cap. 7. n. 17. Delb. cap. 16. dub. 20. sect. 6.* vel etiam amicum, commilitonem, consanguineum in rixa repente orta, vel ex iracundia occidunt. *Pignat. t. 2. conf. 37. n. 17.* Vel qui etiam amicum per industriam, non tamen ex insidijs occidit; nam utrumque requiritur in *c. 1. de Homic.* vel qui per industriam, & insidias aliquid ad locum, in quo ejus mortem prævidet, deducit, ut contra aliquos tenent *Delben. dub. 20. sect. 8. n. 1.* etiam qui alium proditorie vulnerat, vel venenum propinat, si mors non sequatur. Prædicti enim, non censentur homicidæ proditorij, & proinde debent immunitate gaudere, quæ sanè favore locorum favorum debet extendi. *In nostra Hispania* proditor dicitur, qui alium secure occidit: secure occidere dicitur, qui occidit extra duellum, rixam, vel bellum. *L. 10. tit. 26. lib. 8. R. C. ibi: Todo hombre, que ficriere muerte segura, è en caso de alveo; y toda muerte se è de segura, salvo aquella, que fuere fecha en pelea, è en guerra, è en rixa.* Qui verò etiam à tergo, vel ex insidijs inimicum occidit, non dicitur proditor, quia inimi-**

cus semper ab occidore se cavere debebat. *Accv. in L. 2. tit. 23. lib. 8. R. C. n. 12.*

449. 8. Occidens, vel mutilans injustè in Ecclesia, vel Cameterio ex præconcepta spe consequendi immunitatem, immunitate privatur, ut satis clare deducitur ex *c. fin. b. t. & expressè habetur in l. 4. tit. 11. p. 1. ibi: Los que matan, è fieren en la Iglesia, è en el Cementerio, ensuciandose de ampararse en ella. Et ibid. Greg. Lop. Idem est, si in una Ecclesia occidat, & confugiat ad aliam, quia cum una sit in Orbe Christiano Ecclesia, unam offendens, offendit ceteras. *Barbos, l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. n. 110. & etiam si extra Ecclesiam exiit, & occidat sagitta, vel scilicet in ea existentem. Covar. 2. Var. cap. 20. n. 15. Corol. 27. Suar. de Relig. tom. 1. l. 3. cap. 11. n. 7. & 8.* Hac privatio asyli solum habet locum ob occasionem, vel mutilationem in Ecclesia factam, adeo ut sic occidens non debeat privari immunitate ob alia delicta ante, vel postea commissa. *Covar. 2. Var. cap. 20. n. 15. Gutier. pract. qq. l. 3. q. 1. n. 18. Delben. cap. 16. dub. 19. sect. 10. n. 1. & alij, contra Decian. Boer. & alios, qui tantum vulnerat in Ecclesia, si non sequatur mors, vel sequatur tantum per accidens, v. g. ex negligentia, vel imperitia Chirurgi, gaudet immunitate: quia nec occidit, nec mutilat in Ecclesia. *Barbos, l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. & alij.* Imò etiam fataliter vulneret, si vulneratio moriatur extra Ecclesiam, maxime post notabile tempus, immunitate gaudet sic vulnerans, juxta *Pignat. t. 2. consult. 67. n. 2.* etiam occidens, vel mutilans in Ecclesia ob defensionem propriam, cum moderamine inculpate timorè immunitate gaudet. *Delben. de Immunit. c. 16. dub. 19. sect. 4. n. 2.* Occidens, vel mutilans in Ecclesia ex subita ira gaudet asylo, & declaratum testatur *Pignat. t. 2. consult. 38. n. 1. & tenent Azor, Gutier. & Accv.* contra *Covar. Suar. Laym. & alios*, qui prope Ecclesiam occidit, cum non in Ecclesia occidat, immunitate gaudet. *Suar. de Relig. tom. 1. l. 3. cap. 11. n. 9. Navar. Man. cap. 25. n. 22. Delben. de Immunit. cap. 16. dub. 19. sect. 6. & alij, contra Covar. l. 2. Var. cap. 20. n. 15. Gutier. Pr. qq. l. 3. q. 1. n. 35. Barbos, l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. n. 116.* Qui in Ecclesia existens occidit sagitta, scilicet, vel lapide existentem extra eam, non proprie in Ecclesia, sed ex Ecclesia occidere censetur, ac proinde immunitate gaudet, juxta *Delben. Bonac. & alios.* Sed contrarium decisum est à *S. P. Bened. XIII.* Et hoc tenendum est *Covar. Azor, Laym. Barbos, de Jur. Eccl. lib. 2. cap. 3. n. 111.* Qui in Ecclesia occidere mandat, cum in Ecclesia non oc-**



728  
 cidat propriè, gaudet immunitate. *Delben. de Immunit. cap. 16. dub. 19. sect. 8. Pignat. t. 9. conf. 22. n. 31. contra Barb. l. 2. Jur. Eccles. cap. 3. num. 116. Laym. Farin. & alios.* Ex eadem ratione, qui aliquem violenter, vel dolo extractum ab Ecclesia occidit, immunitate gaudet. *Delben. de Immunit. cap. 16. dub. 19. sect. 9. n. 1. & alij contra Covar. Farin. Azor, & Barb. l. 2. Jur. Eccles. c. 3. n. 114. 9.* Effractor, vel violator Ecclesie, vel qui comburit Ecclesiam immunitate caret. *c. 10. c. 11. 17. q. 4. l. 11. p. 1. ibi: Los que la queman, à la quebrant an.*  
 450 Nulla alia crimina, præter assignata, et si graviora sint, censentur excepta, ut illa committens asylo privetur: ut colligitur ex *c. 6. h. t. Conf. Greg. XIV. Gutier. Pr. qq. l. 3. q. 1. n. 3. & q. 4. n. 12. Delben. de Immunit. cap. 16. dub. 24. Barbos. & Gonz. in l. 6. h. t. contra Curtel, Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. & alios.* Et ratio est: nam cum Lex privans immunitate Ecclesiastica, sit poenalis, & odiosa non extenditur ultra casus expressos. Hinc gaudent immunitate falsæ monetæ fabricatores, saltem si non sit aurea, vel argentea, fures, sacrilegi percutsores Clericorum, vel Religiosorum, testes falsi, & perjuri, simoniaci, blasphemii in Deum, & Sanctos, adulteri, & raptores virginum, Sodomiti, & alij hujusmodi. Nec immunitate privat aliud delictum in Ecclesia commissum, præter occisionem, & mutilationem, ac proinde committens furtum, adulterium, vel sodomitiam in Ecclesia, non privatur immunitate; licet in aliquibus alij aliter sentiant. *Ud. Covar. lib. 2. Var. c. 20. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 11. Barb. & Gonz. in cap. 6. h. t. Hev. in Cur. Phil. p. 3. §. 12.*

451 Immunitate gaudent omnia loca, quæ Religiosa Jure Canonico censentur, etiam si non sint sacra. *c. 4. de Relig. dom. l. 35. c. de Episc. & Cleric. Suar. de Relig. t. 1. tr. 2. l. 3. c. 9. n. 9.* Jus ergo asyli competit non omnibus Ecclesijs, Episcopi autoritate erectis: ex quo primus lapis autoritate Episcopi positus est, altari, ac atrio designatis; & crux defixa est, ac proinde etiam si Divina nondum ibi sint celebrata, nec Eucharistia asserveretur: immunitate talis locus gaudet, etiam si nec dum erecta sit Ecclesia, nec consecrata, nec benedicta. *c. 9. h. t. arg. c. 3. 12. q. 1. c. 4. de Relig. domib. Barb. l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. n. 62. Gonz. in c. 9. h. t. n. 2. Suar. & alij com.* Et etiam si Ecclesia interdicta sit; nam ex eo non definit esse locus Sacer, sicut Clericus, etiam interdictus, privilegio Canonis, & fori gaudet, similiter, etiam si polluta sit, & nec dum reconciliata; imò etiam si destructa sit, etiam Episcopi

authoritate, si sit spes reedificationis: secus est, si destructa sit Episcopi autoritate sine reedificationis spe: nam cum tunc fiat locus profanus immunitate non gaudet. *Suar. t. 1. de Relig. l. 3. cap. 9. & Barb. in c. 9. h. t. & l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. ex n. 60. Gonz. in c. 9. h. t. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 15, 2.* Cæmeterium, etiam ab Ecclesia separatum, hæc immunitate gaudet. *c. fin. h. t. l. 2. tit. 11. p. 1. Barb. l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. n. 63. 3.* Hospitale Episcopi autoritate erectum, & cum altari ad celebrandum, etiam immunitate gaudet; *arg. c. 4. de Relig. dom. 4.* Etiam hoc jus competit Monasterijs, & Conventibus Regularium; secus est de grangijs, vel domibus, quæ in rure sunt, ut contra *Rodrig. t. 2. qq. Reg. q. 75. art. 2. tenent Barb. l. 2. Jur. Eccl. cap. 3. n. 76. 5.* Capellis, quas Hispanè dicimus *Hermitas*, & Oratorijs Episcopi autoritate, etiam in domibus privatis, erectis jus asyli competit, secus oratorijs erectis privata autoritate, etiam in confraternitatibus, & etiam de licentia Episcopi Mula in altari portatili celebraretur. *Suar. de Relig. tom. 1. l. 3. c. 9. n. 10. Gonz. & alij.* In dubio præsumitur oratorium Episcopi autoritate erectum, si ibi Missa celebraretur, & habeat cymbalum, quod publice pulsetur. *6. Episcopi Palatio, c. 36. 17. q. 4.* Etiam si Episcopus absens, vel mortuus sit, imò, & etiam si ultra 40. passus distet à Cathedrali. *Suar. t. 1. de Relig. l. 3. c. 9. n. 9. contra alios, & Covar. l. 2. Var. c. 20. n. 5.* qui consuetudine, non esse admittam talem immunitatem testatur, ac proinde ea non gaudebit, ubi talis non viget consuetudo. *Hevia tamen, p. 3. Cur. Philip. §. 12. n. 3.* talem immunitatem concedit Palatio, dum sit intra 40. passus Ecclesie Matricis, Palatijs Cardinalium non competit de jure immunitas, nisi fortè privilegio, vel consuetudine, quæ ubique consulenda est. *Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 6. Paz in Prax. Bonac. D. 3. q. 7. p. 4. n. 13. & alij.* Qui est damnatus ad mortem, si videt Regem, cum ducitur ad supplicium à poena liberatur, idem est de eo, qui ad perionam, statuum, vel Palatium Regis confugit. *L. un. C. de His, qui ad statuas, & ibid. Gotbos.* Etiam hæc immunitas competit Palatijs Legatorum, etiam Principum extraneorum, ut alios referens tenet *Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 4. & 5.* Sed hæc immunitas non est Ecclesiastica, sed Politica. Deinde, & Palatio Inquisitorum, Hispanè. *La Casa de la Inquisicion*, immunitatem concedit *Potesias tom. 1. p. 2. ex n. 62. 5.* ob similitudinem cum Palatio Episcopi: & hæc ratione Palatia Cardinalium gaudere immunitate extra Urbem non verò in Urbe asserit num. 614. quia Greg.

Greg. XIII. & Sixtus V. hoc privilegium solum pro Urbe abutulerunt.

452 Quando de immunitate agitur, quia cautela pia, & favorabilis est Ecclesie, lata interpretatio faciendâ est. *Barb. l. 2. Jur. Eccles. c. 3. n. 90. & alij contra Covar. l. 2. Variar. c. 20. n. 4. & alios.* Ac proinde securus est, qui non solum intra corpus Ecclesie, sed etiam, qui supra rectum est, vel in Sacristia, porticus, vel atrio, vel in alio loco, & habitaculo, horto, area, domo familiarium, vel stabulis animalium, dum intra septa Monasterij prædicta contineatur, vel in campanili, etiam ab Ecclesia sejuncti, vel in scalis Ecclesie; imò securus est, qui ad Ecclesiam clausam confugiens vectem, vel ansam januæ manu apprehendit, etiam si totum corpus extra locum sacrum sit, ut colligitur ex *c. 20. c. 36. 17. q. 4. l. 3. C. de His, qui ad Eccl. confug. Nam quæ Religiosis adherent, Religiosa sunt. l. 43. ff. de Reivindicatione, & accessorium sequitur naturam principalis. c. 42. de Reg. jur. in 6. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 9. Covar. lib. 2. Var. c. 20. Gonz. in c. 9. h. t. Dian. in Sum. V. Immunitas, ex n. 1. & alij.* Rem confugiens ad Sacerdotem Encharistiam portantem, seu populo illum comitantem, se immiscens, immunitate, consuetudine sic approbante, gaudere tenent. *Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 9. n. ult. Barb. l. 2. Jur. Eccles. c. 3. n. 69. & declaratum à S. Cong. Immunit. testatur. Pignat. t. 6. conf. 27. n. 35. Dian. in Sum. V. Immunit. n. 10. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 8.* Secus est, si ad Sacerdotem reliquas in processione, vel Sacram Orem ad infirmos portantem reus confugiat, quia nec jure, nec consuetudine talis immunitas probatur. *Dian. in Sum. V. Immunitas, n. 10.* Qui ad altare portatili in castris: v. g. positum confugit, vel aram portatili tenet gaudet immunitate, si hoc consuetudo confirmet, & defecto accidisse in nostri Regis exercitu testatur *Quintanad. tr. 4. Singul. ult. n. 7.* Qui ad crucem in via portam, vel ad reliquias Sanctorum confugit, imò qui dum Corpus D. N. Jeû Christi tamquam Viaticum recepturus ad illud confugit, non gaudet immunitate, ac proinde potest abstrahi. *Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 9.* Scholasticos non esse ab Universitate extrahendos, nec Doctores à Cathedrali, nec Advocatos à Regijs Prætorijs, nec Milites à Regio vexillo si ad ipsa prædicti confugiant, tenent *Hevia in Cur. Phil. p. 3. §. 12. n. 7. & ibid. in Polit. Capella, quæ sunt intra ambitum muros Castellorum non gaudent immunitate. c. 21. t. 17. q. 4.*

453 Reus ad Ecclesiam confugiens non

Tom. I.

potest repelli, imò si nec ipse, nec ejus consanguinei habent undè reus alatur ab Ecclesia est alendus. *L. 2. tit. 1. l. 1. p. 1.* Potest tamen ab Ecclesia cogi ad laborandum si possit, & solitus sit; & cum excludens excommunicationem reservatam incurrit; *arg. Extr. 3. de Penit. & remis. inter com.* Nec invitus est extrahendus, nec ibi capi, seu vis aliqua inferri ei valet: nec ad mortem, vel aliam poenam corporalem gravem condemnari, ut ad triremes, vel exilium: potest tamen poena pecuniaria puniri, *arg. à contrario text. in c. 6. h. t. & ibid. Gonz. n. 5.* Imò alicubi consuetudine est receptum, quod Curia secularis utique ad sententiam capitalem procedat: sed ejus executio ob immunitatem impeditur. Nec Judex secularis potest impedire, quò minus victus, vel alia necessaria reo deserantur, nec bona ipsius propria, quæ secum in Ecclesiam derulit, ei possunt auferri: quæ omnia constant ex *c. 8. c. 9. c. 10. & alij. 17. q. 4. c. 6. h. t. l. 3. C. de His, qui ad Ecclesiam. l. 2. tit. 11. p. 1. Covar. lib. 2. Var. c. 20. n. 17. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 12. & alij com.* Si verò vis, vel metus, vel dolus saltem ex parte Judicis intercessit, ut à loco sacro reus, extra casus exceptos, extrahatur, ante omnia, urpote spoliatus, Ecclesia est relitendus. *c. 6. c. 8. 17. q. 4. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 55.* Nec sufficit, quod Judex præstet juramentum, vel securitatem de non puniendo corporaliter. Totusque processus post extractionem factus, est nullus, & damnata post violentam extractionem secuta, tenetur Judex reo resarcire. Deinde: immunitate gaudet, qui Judicis blandiis allectus, promissa securitate, deseruit Ecclesiam. *Azor. in l. 3. tit. 2. lib. 1. R. C. Gonz. in c. 6. h. t. n. 4.* qui tantum blandiis Judicis persuasus Ecclesiam deseruit, non gaudet immunitate: nam hoc debet suæ facultati tribuere, nec adeo credulus esse debuit, ut tenent *Delbene, & Curtel contra Marinis, & Gonz. in c. 6. h. t. n. 4. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 48.* Si cadaver suspensum in patibulo sine Judicis licentia asportetur in Ecclesiam, & ibidem sepeliatur, debet exhumari, & supplicio restitui, donec habeatur Judicis licentia; ut à patibulo deponatur. *Gonz. in c. 6. h. t. n. 3.* etiam cadaver violentè occidit debet exhumari, præcedente Episcopi licentia, ut à Chirurgis recognoscantur vulnera, an sint lathalia, vel levia tantum. Et quidem Judici volenti, reum extrahere ab Ecclesia, potest non solum reus, sed & Ecclesia resistere, cum utrique faciat injuriam; *arg. l. 5. C. de Jur. Fide. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 13. n. 4.* vim enim vi repellere licet. *L. 3. ff. de Just. & Jur. Ecclesia ergo resistit, centurias insti-*

Luzz

gen-



gendo, claudendo januas, etiam Laicorum auxilium invocando, rarissime tamen: numquam vero possunt Clerici arma sumere. *Covar. 2. Var. c. 20. n. 18.* siquidem Ecclesia Dei non est defendenda more castrorum. Reus tamen potest asylum deferere, si velit. *L. 2. tit. 11. p. 1. ibi: Non lo deben ende sacar por fuerza, quia nemo invitus cogendus est favore uti. c. 36. 17. q. 4. Gonz. in c. 6. b. t. n. 2.* Et tunc jam non gaudet immunitate: secus dicendum est, si ob terremotus, vel incendij metum, vel alia simili necessitate coactus, ut quaerat alimenta deferat Ecclesiam, quia tunc invitus eam deserit. *Gonz. in c. 6. b. t. n. 4. Hev. in Cur. Phil. p. 3. §. 12. n. 48. & 51.* ac proinde ejus immunitate gaudet; non tamen gaudet, si translatus ad carcerem Episcopi, dum causa immunitatis deciditur, à carcere fugiat, & capiatur à Judice Laico. Reus immunitate gaudens non potest extrahi, etiam si ipse juratus in extractionem consentiat; nam immunitas est favore publicus Ecclesiae, non solum in favor rei, sed & Ecclesiae introductus: cui ipse nequit renuntiare; *arg. c. 9. c. 36. 17. q. 4. c. 6. b. t. L. 2. tit. 11. p. 1. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 13. Laym. l. 4. tr. 9. c. 3. n. 13.* Contrarium tenent *Delben. de Immun. c. 16. dub. 26. n. 5. & alij*, quando dubitatur, an reus immunitate gaudeat, custodiendus est in carcere Episcopi: numquam tamen in carcere seculari, etiam si Judex Laicus cautionem praestet. *Delben. de Immun. c. 16. dub. 27.* Minime vero est in Ecclesia custodiendus, vel ligandus à seculari, quippe Ecclesia non est in carcerem convertenda. *c. 35. 17. q. 4.* potest tamen Laicus Judex custodiam non in Ecclesia, vel Cemeterio, sed in loco profano, ponere, ne reus fugiat. *Suar. de Rel. tom. 1. lib. 3. c. 12. ex n. 2.*

454. Reſtor Eccleſiae, ad quam reus confugit, nequit tradere, nec permittere extrahere illum in caſu non excepto: quod ſi mors ſequatur, incurrit irregularitatem, ſaltem quando ipſam tradit. Et juxta *Bonac.* etiam quando non reſiſtit (quod negant alij) quia illius morti cooperatur, etiam facta proteſtatione de impunitate, quoad vitam, & membra. *L. 2. tit. 11. p. 1. ibi: E aquel que eſtoviere encerrado, los Clerigos le deben dar à comer, è à beber, è à guardarlo quanto pidieren, que non reciba muerte, ni daño en el cuerpo.* In caſibus exceptis debet delinquens

ab Episcopo, vel ejus Vicario in carcere custodiri, donec cognoscatur, & ab ipſo decidatur, an reus privandus ſit, vel non immunitate. Et quidem ſolum Episcopus, vel Capitulum, ſedevacante, vel utriusque Vicarius de hac cauſa cognoscit. *c. 11. c. 20. 17. q. 4. Conſt. Greg.* non alij inferiores Praelati ſaeculares, vel Regulares. Et hinc, ſi delinquens extrahendus ſit à loco exempto, vel nullius Diaceſis, ab Episcopo viciniore (quoad habitationem, non quoad Diaceſim) vel ejus Vicario eſt petenda licentia ad reum extrahendum. *Delben. de Immunit. c. 16. dub. 40. n. 6.* Poſtquam excoſtat, reum non gaudere immunitate debet Judici Laico tradi ab Episcopo, vel ejus Vicario, & aliqua perſona Eccleſiaſtica ab Episcopo, vel ejus Vicario authoritatem habens debet intervenire: nec poſſet Laicus cum abſque licentia Episcopi extrahere, cum hoc forma requiratur ex *Conſtitutione Greg.* etiam ſi caſus ſit notorie exceptus, & etiam caſu, quo Episcopus licentiam nequat negare, ut contra *Covar. lib. 2. Var. c. 20. n. 18. Cor. 34. Suar. t. 1. de Relig. lib. 3. c. 13. & alios, tenent Barbos. lib. 2. Jur. Eccl. c. 3. n. 157. Delben. & alij.* Si Episcopus, vel Vicarius culpabiliter eum tradere recuſet, poſſet Laicus in caſu certe excepto (ſecus in dubio) delinquentem invitum extrahere, minori, quo poſſit ſtreperis, & ſcandalo, & eum in carcere, non ſaecularis Judicis, ſed Episcopi cuſtodire: a poſita à Judice ſaeculari, ſi opus ſit, cuſtodia, donec decidatur, quod non gaudet immunitate. Sed in noſtra Hiſpania in *L. fin. tit. 2. lib. 1. R. C.* ſic habetur: *E ſi el juez Eccl.ſiaſtico, requerido con la dicha ſeguridad, no quiſiere ſacar el tal dendor, è dendoros, y entregarlo al juez ſeglar, que el miſmo juez ſeglar, ſin ſcandalo, y ſin leſion de la perſona del dicho dendor, lo pueda ſacar de la Igleſia, y llevarlo à ſu carcel publica, y alli, ſin le dar por ello pena alguna corporal, determine ſobre la dicha decida juſticia.* *Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 56.*

455. Quando dubitatur, an locus immunitatis privilegio gaudeat, vel an caſus ſit exceptus, vel an reus ad asylum confugiens, immunitate gaudeat; cum cauſa habeat Eccleſiaſtica ſit, non poſſet ad Laicum pertinere. *c. 10. de Conſt.* ſed ad Judicem Eccleſiaſticum pertinet privative ejus cognitio. *c. 11. cap. 32. 17. q. 4. c. 12. de Sentent. excom. in 6. Conſt. Greg. Barb. l. 2. Jur. Eccl. c. 3. ex n. 154. Gutier. Pr. qq. l. 3. q. 1.* Ut reus ab Ecclesia extrahatur, & in carcere Episcopi cuſtodiat, donec probetur delictum, non eſt neceſſaria certitudo delicti, nec quod de eo judicialiter conſtet: ſecus, quando agitur de tradendo

do ſeo Curia ſaeculari, ut puniatur: tunc enim requiritur probatio concludens, nec ſufficit, quæ per conjeſturas ſit, adeo, ut in dubio Judex Eccleſiaſticus pro reo, & immunitate Eccleſiae, pro quibus praſumptio, & poſſeſſio ſtant, debeat judicare. *Barboſ. lib. 2. Jur. Eccl. cap. 3. n. 168.* nec debet ſtare proceſſui à Laico factò: poſſet tamen ei acquieſcere, ſi formatus ſit, antequam reus ad Eccleſiam confuſiſſet. Debet ergo Judex ad talem cauſam decidendam Promotorem Fiſcalem nomine Eccleſiae, & reum citare, & teſtes examinare. Et à ſententia Episcopi non datur appellatio, ſaltem quando contra reum in favorem Judicis ſaecularis eſt lata. *Ex Conſt. Greg. Barbos. lib. 2. Jur. Eccl. cap. 3. num. 169.*

456. Qui reum invitum, extra caſus permiſſos, ab Ecclesia extrahit, committit grave peccatum ſacrilegij, & injuſtitiae, cum injuriam gravem loco ſacro irrogent, & ejus jus violent. *c. 10. 17. q. 4. L. 4. tit. 11. p. 1.* & Jure Civili poena capitali puniebantur. *L. 2. l. 6. C. de His, qui ad Eccl. ſed* hæc non eſt uſu recepta; ſed ejus loco Jus Canonum imponit poenam pecuniariam, arbitrio Episcopi, quoad quantitatem, ſed in Eccleſia commodum applicandam, & publicam poenitentiam. *c. 20. 17. q. 4. Trid. ſeſſ. 25. de Ref. c. 20. Conſt. Greg. Hev. in Cur. Philip. p. 3. §. 12. n. 61. Gonz. in c. 6. b. t. n. 14.* & denique tam Miniſtris, quam etiam alij extrahentes non ſervata forma Conſt. Greg. & Judicis mandantes (ſecus ratum habentes) incurunt excommunicationem majorem, hodie lata ſententia, *ex Conſt. Greg. Barb. l. 2. Jur. Eccl. c. 3. n. 166.* & licet non requiratur extractio, ſed attentatio ſufficiat, debet tamen in opus externum, extractioni proximum, prodire: & ab hac excommunicatione non poſſunt abſolvi, niſi reum extractum Eccleſia reſtituant. *c. 6. c. 8. 17. q. 4. Conſtit. Greg.* Hanc eſſe Pontifici reſervatam, tenent *Barboſ. lib. 2. Jur. Eccl. c. 3. n. 167. & alij.* non eſſe reſervatam, ſed poſſe à quolibet Conſeſſario abſolvi, tenent *Delben. de Immunit. c. 16. dub. 38. ſeſſ. 1. n. 1. Gonz. in c. 6. b. t. n. 14.* Et quidem *Extrav. 3. de Panis & Remis. inter com.* ponens inter caſus Pontifici reſervatos violationem libertatis Eccleſiaſticae, non intelligitur de hac violatione, quæ non comprehenditur nomine libertatis Eccleſiaſticae, quæ perſonas, non loca reſpicit. Et licet in Conſt. Greg. eadem poena contra violatores immunitatis Eccleſiaſticae, ac in Bulla Cæne, contra violatores libertatis Eccleſiaſticae ſit poſita, non tamen debet extendi ad qualitatem reſervationis: utpoſe quod Conſtitutio eſt odioſa.

Tom. I.

457. Denique pro hujus materiae pleniori explicatione, adjungam præcipuas clauſulas *Conſt. Greg. XV. ann. 1591.* quæ inſiſtit, *Cum aliis.* *Hæc itaque noſtra perpetuo vâltura Conſtitutione, omnia, & quæcumque privilegia: ad unam tantam formam reducimur, & moderamus, ut Laici ad Eccleſias, locoque ſacra, & Religioſa confuſigentibus ſi fuerint publici Latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, earumque Cemeterijs committere non verentur: aut qui proſtrato proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſinij, vel hereſis, aut leſe Majeſtatis in perſonam ipſiusmet iſtius rei: immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur. Sed Univerſis, & ſingulis Venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Episcopis, cæterisque Eccleſiarum, & Monafteriorum Praelatis, tam ſecularibus, quam cuſuſus Ordinibus Regularibus, diſt. iſtè præcipiendo mandamus, & præcipimus, ut Laicos in caſibus prædictis delinquentes ad eorum Eccleſias, Monafteria, domos, & alia loca ſupradicta, ſacra, ſeu Religioſa reſpectivè confuſgentes, & in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumque aliquod judicio ſuo commiſiſſe videbuntur, quando à Curia ſeculari fuerint reſquiſiti: & quilibet eorum fuerit reſquiſitus, Miniſtris, & Officialibus Curia ſecularis abſque irregularitatis nota, aut aliquid conſue conſue Eccl. ſiſtica incurſu tradi, & conſignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat: decernimus, & declaramus, delinquentem, in nullo eor. caſibus ſupradictis ſine expreſſa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu perſona Eccleſiaſtica ab eo authoritate habentis, ad quos ſolos, & non alios, Episcopis inferiores, etiam ſi alij Ordinarij ſint, aut nullius Diaceſis, aut Conſervatores ab hac Sede ſpecialitè, vel generalitè deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat... Capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu, quo Episcopus, & dicta perſona Eccleſiaſtica reſquiſita illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles, tradere, aut captare, aut incarcerationi intervenire, & aſſiſtere recuſarent. Tuncque reverentia Eccleſie, & locis ſacris debita memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit ſcandalo, & tumultu extrahere curent, & in carcere Curia Eccleſiaſtica reponant, & opportuna Cuſtodia, ſi opus fuerit per Curiam ſecularem detineri debeant, donec cognoscatur ab Eccleſiaſtica, an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint, & tunc de mandato Episcopi per Judi-*

Lizza 2

cmm



tem Ecclesiasticum Curia Sæculari quacumque appellatione seposita consignentur. Quod si aliquis quidquam præter, aut contra huiusmodi Constitutionis tenorem, attentare præsumpserit, declaramus, eum ipso facto censuras, & penas incurrere, quæ contra libertatis, juris, immunitatis Ecclesiasticæ violatores per Sacros Canones sunt promulgatæ: Necnon irritum decernimus, & inane, si secus super his per quoscumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Pro coronide addam novissimam Regiam ordinationem pro Militariæ defensoribus expeditam à nostro Catholico Monarcha die 20. Aug. 1736. ibi: *Con motivo de la repetida desercion, que se experimenta en los Soldados refugiados à la Iglesia, hemos venido en declarar, que puedan ser sacados de ella por via economica, solo para el fin que buelvan à servir à sus Cuerpos, y Exercitos, haciendo caucion juratoria los Ministros, & Cabos, que los sacaren, de que no los castigaran, ni haran veacion alguna. Y si hecha esta caucion, no los quisieren entregar los Ecclesiasticos, podran sacarlos, y restituirlos à los Cuerpos de donde buvieren desertado, previniendo, que no se les castigue por haverlos sacado de la Iglesia, y ser esta nuestra Real Orden: y en el uno, y otro modo con que fueren sacados de la Iglesia, no embarazara, para que sean castigados, si cometieren nuevos delitos, sin que puedan alegar la Iglesia fria pues siendo el fundamento de esta la reintegracion del despojo, que ha padecido, y no gozando de inmunidad el desertor, no queda fundamento para reintegracion: especialmente, quando el sacarle no es para castigo, ni pena, pues no se debe entender serlo el que continie nuestro servicio de donde saltò.*

458. Casibus exceptis in Const. Gregoriana alios casus, & declarationes adjunxit beneo. XIII. in Const. Ex quo. 6. Idus Jun. An. 1725. ibi equidem declaravit, unicam tantum grassationem, in via publica, aut viciniali admittam sufficere, ad hoc, ut quis publicus latro, & grassator dici valeat, dummodò tamen grassati mors, aut membrorum mutilatio sequatur: ac proinde ut non gadeat immunitate Ecclesiastica. Etiam excludit ab hac immunitate, non solum, qui homicidia, vel mutilationes membrorum in Ecclesijs, vel Cæmeterijs committere audent, ut Gregoriana Constitutione sancitum est, verumetiam eos, qui stantes in Ecclesia, vel Cæmeterio interficiunt stantes extra Ecclesiam, vel Cæmeterium, aut ipsis membrum mutilant: ac eos tandem, qui confugiunt vim inferunt atque ipsos ab Ecclesia aliove loco immuni violentè extrahunt, & abducunt. In crimine assassini, non modo man-

datarios, qui in ipsamet Gregoriana Constit. aperte excipiuntur: sed etiam mandantes, qui certum præmium, aut mercedem, sive in pecunia, sive in alijs rebus tradiderint, aut promiserint, quamvis promissio nullum habuerit effectum, dummodò assassinum re ipsa patratum fuerit. Nec item gaudent interficientes proximum suum animo præmeditato, ac delibato. Falsificantes literas Apostolicas: Ministri montis pietatis, vel alterius publici telonij, aut Banci pro depositis Principis, privatarumque personarum destinati, furtum, aut falsitatem in prædictis locis committentes, cujus ratione arca pecuniaria ita minuatur, ut pena ordinariæ locus sit. Constantes, vel tondentes quascumque monetas aureas, vel argenteas, etiam Principum exteriorum, quotiescumque in loco, aut Provinciæ ubi crimen admittitur liberum habeant usum, & commercium: vel ipsas monetas constatas, adulteratas, aut detontas scienter ita expendere, & erogare præsumentes, ut fraudis conscij, atque participes censei possint. Illi demum qui sub nomine Curia: sese introducant in alias domos animo ibidem perpetrandi rapinas, easque re ipsa committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum alicujus ex domesticis eandem ædium, vel etiam extraneis, quem ibi fortè reperiri contigerit, dummodò homicidium, vel membrorum mutilatio sequatur.

459. Eidemque Gregorianæ Constitutioni inhærens decernit, solos Episcopos, non verò conservatores, nec alios Judices Ecclesiasticos Episcopo inferiores, multoque minus Judices Sæculares, etiam Supremos, posse declarare, quam delicta sint excepta, vel non. Curia ergo Ecclesiastica, si à Judicibus Sæcularibus requiratur, ut reum Læicum è loco Sacro extrahi jubeat, si inyeniat judicia ad capturam sufficientia, extrahet eum, & ad carcerem Tribunalis Ecclesiastici redacet, facietque processum informativum, si ex eo constat de crimine excepto: & insuper adversus reum talia resultantia, aut crimen ab eo fuisse patratum moraliter credi possit (quæ quidem indicia juxta regulas juris vocantur ultra torturam) eo casu præstatum extractum, Ministri, & Officialibus Curia: Sæcularis tradere, & consignare possit, ac debeat. Exacta tamen, receptaque prius ab ipsis obligatione, in forma juris valida, restituendi extractum Ecclesiæ sub pena excommunicationis late sententia Romano Pontifici reservate, quatenus idem extractus indicia contra ipsum adquisita, in suis defensionibus purget, ac diluat. Quod si ea minime purgaverit, & verè delinquens

reperitus fuerit, Curia Sæculari in ipsum tali casu, ut juris esse censuerit, agere, atque procedere liceat. \*

## TIT. L.

## De Clericis, vel Monachis Sæcularibus negotijs se immisceant.

460. **N**egotium (sic dictum quasi otij negotio) quod in præsentia Monachis, & Clericis prohibetur, & Sæcularibus permittitur, est omnis occupatio, vel quidquid ad statum Sæcularem Republicæ, magis quam ad Ecclesiasticum spectat. Et *non militans Deo*, teste Apostolo, 2. ad Timot. 2. v. 4. *Implicat se negotijs Sæcularibus.* c. 2. D. 88. c. 1. b. l. 17. c. de Episc. & Cler. Sed præcipue negotiatio ipsis prohibetur: quia expolita est fraudibus, & perjurijs, & suspitionem avaritiæ generat, nimisque eos distrahit à communicatione cum Deo, & Divinis obsequijs. c. 2. D. 88. c. 1. b. l. 46. tit. 6. p. 1. Et ideo dicitur in c. 2. de Penit. D. 5. quod *difficile est inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum.* Et etiam habetur in l. 46. tit. 6. p. 1. Negotiatio ergo alia est *lucrativa*, quando scilicet, res aliqua emitur lucri faciendi causa, & carius venditur: vel ita venditur, ut nullo labore, arte, vel industria melior sit facta: & dicitur *mercatura*; v. gr. si merces vinum, frumentum, & alia hujusmodi emantur, ut vendantur carius, quin in aliam redigantur formam. Et hæc est *stricta negotiatio*. Vel ita venditur, quod emptum est, ut arte industria, vel labore melioretur, & dicitur *artificium*; v. g. si lana ematur, ut pannus fiat, & postea talis pannus vendatur. Ad hanc quidem negotiationem constituendam duo requiruntur, 1. quod res ematur, & vendatur mutata, vel immutata, 2. ut ematur intentione, & animo: & quidem in ipso tempore emptionis, cum carius vendendi, lucri, & questus causa. Alia dicitur negotiatio *Politica*, quando scilicet, quis ad Civitatis, Republicæ, vel Exercitus necessitates aliquid emit: quod quidem ut alienum à statu Ecclesiastico Clericis prohibetur est. c. 3. D. 88. c. 1. 21. q. 3. Alia est *economica*, quando scilicet, aliquis ad suam domus sustentationem aliquid emit, & quod superfluit vendit pretio tunc quidem corrente: vel quod venduntur res propriæ; v. g. fructus ex fundo, pecora, & alia hujusmodi. Et hæc quidem licita est: quippe que

animum à Divinis non distrahit: & si non uteretur Clericis, & Religiosis gravi damno res suas prodigere cogentur. Ut tantum hæc negotiatio liceat, sufficit, quod tempora emptionis defuisset animus carius vendendi, licet postea, data occasione, & aucto pretio, res, & si tunc non sit superflua, carius vendatur. D. Thom. 2. 2. quæst. 77. art. 4. ad 2. Suarez de Censur. D. 23. sect. 4. num. 21. Gonzal. in c. 6. b. l. n. 6. Sic fructus suos propria industria aliquo modo mutatos possunt Clerici, vel Religiosi vendere; v. g. possunt pinsere panes per famulos, vel servos: vel habere tabernam vinariam, etiam ad vendendum minutum, dummodo ipsi Clerici non sint Tabernarij. Cl. 1. de Vita, & Honest. Cleric. Salem ex proprijs Salinis conficere: eudere ferrum, vel aliud metallum in vena proprij fundi inventum: oleum, vel cervisiam, vel sericum ex proprijs fructibus facere: animalia, aliunde in ipsa saginare in suis fundis: participare de tritico, quod alij ad seminandum ministrant: prædica, & jumenta propria locare, aliaque hujusmodi facere valent. Molina de Just. & jure, tr. 2. D. 342. n. 17. Similiter Religiosi possunt vendere, ita praxi communi, & consensu Prælatorum quin, & R. Pontificum approbante, pharmaca ex aromatibus, herbis, vel speciebus emptis, & propria industria confecta. Nam cum illa materialia emant, non præcise ad lucrum faciendum, sed pro necessitate suorum fratrum ægotantium: quod super est, profectò vendere valent, ad officinam novis medicamentis providendam: sicut possunt vendere, quod superfluit ex provisione ordinaria ad congruam sustentationem. Sic item possunt carius vendere que eorum industria meliorata sunt, non tamen præcise ex fine quaestus, & lucri, sed ex alio fine honesto; v. g. otij futuri, vel victus parandi. Ita Monachi antiqui tenebant retia, corbes, flores, & similia, eaque vendebant. c. 3. D. 91. l. 46. tit. 6. p. 1. Et ipse Apostolus Paulus scenofactoriam exercebat. Act. 18. v. 3. D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. De quibus latius Molina de Just. & jure, tr. 2. D. 342. Less. de Just. & jure lib. 2. cap. 20. ex n. 4. Barb. in c. 6. b. l. Et ibid. Gonz. n. 6. & 7. & alij com.

461. Negotiatio lucrativa Clericis, & Monachis prohibetur. c. 2. c. 9. c. 10. D. 88. c. fin. de Vita, & honest. Cler. Trid. sess. 22. de Ref. cap. 1. D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. ad 3. ibi: *Clerici non solum debent abstinere ab his, que sunt secundum se mala, sed etiam ab his, que habent speciem mali: quod quidem in negotiatione contingit: tum propter hoc, quod est ordinata ad lucrum terrenum, cuius*



Clerici debent esse contemptores: tum etiam propter frequentiam negotiorum vitia: quia diffidit exitus negotiatorum à peccatis laborum, ut dicitur Ecclesi. 26. est, & alia causa, quia negotiatio nimis implicat animum secularibus Curis, & per consequens ab spiritualibus retrahit: unde, & Apost. dicit 2. ad Timot. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Et quidem prohibetur sub pena excommunicationis. c. 6. b. t. Hinc eam exercentes peccatum grave committunt, nisi parvitas materiae, vel necessitas excuset, ita ut aliunde non haberent, unde se alerent; arg. c. 3. D. 91. D. Thom. 2. 2. q. 187. art. 3. Molin. tr. 2. D. 342. n. 2. Castrop. tr. 12. D. un. p. 9. n. 16. Laym. 1. 3. tr. 9. c. 17. n. 39. & alij. Hinc prohibetur lucri causa emere boves, & pabulum, ut eo laginati carius vendantur: vel ubas ad vinum conficiendum, & alia hujusmodi facere, quia licet hac non sit propria negotiatio ad eam tamen accedit, ac proinde non decet Clericos, nec Religiosos. Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 342. n. 6. & 7. Barb. in c. 1. b. t. Gonz. in c. 6. b. t. n. 7. & alij. Et sanè Clerici non solum in majoribus, sed, & in minoribus constituti, comprehenduntur hac prohibitione, saltem si beneficium Ecclesiasticum habeant: nam illo carentes non comprehenduntur tenent Abb. in c. 1. b. t. n. 12. Less. de Just. & jur. l. 2. cap. 21. n. 4. contra Fagnan. in c. 1. b. t. ex n. 83. Religiosi omnes, etiam Episcopi, ejectioni, fratres Laici, etiam Moniales (secus Novitii) hac prohibitione, ex ejus generalitate tenentur. Rodrig. Reg. 99. tom. 1. tr. 6. c. 10. n. 7. & alij.

462 Clerici, qui non semel, sed frequenter negotiantur, suspenduntur. c. 2. D. 88. c. 4. b. t. Imò, & ab Ordine, & gradu Clericali deponuntur. c. 4. D. 91. & excommunicantur. c. 6. b. t. Sed omnes hæc poenæ, non latae, sed ferendæ sententiæ sunt. Item privantur immunitate à gabellis, & vectigalibus in rebus, in quibus negotiantur. Cl. fin. de Cens. Etiam ante omnem monitionem; imò, si tunc moniti ab Episcopo, competentibus intervallis, à negotiando non cessent, amittunt privilegium immunitatis, etiam quoad bona patrimonialia. c. fin. de Vita, & honest. Cleric. Bona per negotiationem injustam acquisita, suis Dominis sunt restituenda: at verò illicitè tantum acquisita post mortem Clericorum, tamquam spolia pertinent ad fiscum Ecclesiæ, seu Cameram Apostolicam, etiam si facultate obtenta, de eis sint testati. Pius IV. Const. Decens. Nominis. Nov. 1560. Ante sententiam tamen declarationem possunt à successore in foro conscientie retineri: nam hæc Lex poenalis est;

arg. c. 19. de Hæretic. in 6. Eisdem ferè poenis puniuntur Religiosi, & aliquando gravius. c. 4. c. 6. b. t. Suar. t. 4. de Relig. tr. 8. l. 3. cap. 2. n. 30. Clerici, & Religiosi negotiationem ipsi prohibitam possunt per alios exercere. Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 342. n. 13. Less. de Just. lib. 2. cap. 21. n. 6. Medin. & alij, quin incurrant culpam etiam venialem, si necessitas, vel consuetudo Regionis hoc permittat. Less. de Just. lib. 2. cap. 21. n. 6. Medin. & alij. Maxime si campior, v. g. cum quo Clericus Societatem inrit, totam operam, Clericus tamen solam pecuniam ministrat. Clericus namque hoc faciens non censetur negotiari, sicut viri nobiles hoc facientes non censentur negotiorum. Gonz. in c. 6. b. t. n. 7. Theophil. Reynaud. & alij. Sed hodie prohibitum est à Clem. IX. Clericis, & Religiosis Indiarum, negotiationem, vel mercatum exercere, neque per se neque per alium, Et à nostris Regibus justum fuit hujusmodi Breve publicari, & servari. L. 33. tit. 14. l. 1. R. Ind. ibi: Mandamos, que nuestros Virreyes, Presidentes, Governadores, y Corregidores, bagan publicar, y executar el Breve de N. Santo Padre Clemente Nono, dado à 17. de Junio de 1669. sobre que los Religiosos de todas las Religiones, y de la Compania de Jesus, y Clerigos Seculares, no puedan por si, ni por interpositas personas ejercer tratos, ni mercancias en todos los territorios de las Indias, y Tierra Firme del Mar Oceano, en que comprehenden à los que passan al Japon. Sed his non obstantibus adhuc Fr. Joan. de Paz in suis Consult. claf. 1. cons. 62. parec. 73. f. 175. ait: Puede un Clerigo en Philipinas dar à responder, no obsi ante la Bula de Clem. IX. por averse interpuesto suplica de dicho Breve por el Cabildo, y Clero de Manila. & Bened. XIV. in Const. Apostolica An. 1741. omnino prohibet negotiationem Clericorum per se, vel per alios. Et spolia provenientia ex illicita negotiatione Camere Apostolicæ applicat, derogatis in hac parte Constitutionibus Pij IV. & Pauli V. \*

463 Clerici, etiam in minoribus constituti, saltem si beneficium habeant, imò & sine ipso, si privilegio fore velint gaudere, cum Deo militent, nequeunt sæculo militare. c. 19. l. 3. q. 8. Nisi gravissima publice urgeat necessitas. c. 2. de Immun. L. 52. tit. 6. p. 1. Possunt tamen esse Capellani exercitus ad spiritualia ministranda, & sic quotidie videmus, nostros Sacerdotes in Capellanos eligi Tirremium, que adversus Mauros expediuntur: & possunt ad pugnam justam incitare, c. 9. & 10. 23. q. 8. Si ad injustam pugnam, vel determinate ad occisionem, vel mutila-

tionem incitent, deponendi sunt. c. 5. de Pœnis, Suar. de Cens. D. 47. sect. 6. n. 10. Gonz. in c. fin. de Homi. n. 4. Monachi, & Clerici, etiam in minoribus, nequeunt artem Medicinam, vel Chirurgiam exercere. c. 19. de Homi. arg. c. 1. b. t. c. 15. de Vit. & honest. ubi generalitèr negotia secularia ipsis prohibentur, nisi in casu necessitatis, vel pietatis; & etiam tunc sine incisione, vel adultione. c. 9. b. t. c. 7. de Etat. & qualitat. Suar. de Cens. D. 47. sect. 7. Sanchez. in Decal. l. 6. cap. 14. ex n. 13. Deinde Clerici, vel Monachi non possunt exercere Tabellionis officium, c. 8. b. t. l. 10. tit. 3. l. 1. R. C. ubi prohibetur, ne Clerici in Sacris, vel Religiosi sint Judices, Advocati, nec Tabelliones in causis temporalibus, vel Laicorum: possunt tamen, etiam si Sacerdotes sint, & Religiosi illud exercere favore fidei in causa hæreticis. c. 11. §. 1. Hæret. in 6. Imò Clerici, etiam in causis alijs Ecclesiasticis, consuetudine sic approbante, Notarii sunt, præcipue in Hispania. Barbos. in c. 8. b. t. n. 9. & ibid. Gonz. Clerici in Sacris constituti, vel beneficii habentes, licet in Judicio Ecclesiastico, saltem in causis Ecclesiasticis, possint esse Procuratores Laicorum, nequeunt tamen in judicio Seculari illorum Procuratores esse, nisi ex pietate, vel amicitia, ad unum, vel alterum negotium: secus ad omnia. c. fin. D. 86. nec extra judicium possunt esse Procuratores, vel Administratores Laicorum, nisi ex causa pietatis. c. 2. c. 4. b. t. nec interdem possunt esse Ministri, nec famuli domestici Laicorum. Clericus nequit esse Gubernator Politicus Provinciae, vel Civitatis. L. 48. tit. 6. p. 1. imò excommunicationem, probabilibus ipso facto, incurrit Sacerdotes. c. 5. b. t. quæ non extenditur ad alios Clericos, etiam in Sacris constitutos, cum censura ad Sacerdotes sit restricta in ipso Textu. Nec ea Episcopus comprehenditur, quia ejus expressam mentionem non facit. c. 4. de Sent. excom. in 6. Suar. de Cens. D. 23. sect. 3. n. 21. Barbos. in c. 5. b. t. n. 6. contra Sylvestr. & alios, qui dicunt, prædictam excommunicationem non incurri ipso facto, Prælatum, vel alius Clericum potest esse Consiliarius Principis Sæcularis, dum tamen non det consilium, ut aliquis occidatur, vel mutiletur, nam ex eo irregularitatem incurrit. c. 8. D. 50. In Hispania omnes Episcopi sunt Consilarii Regij: sed gratia honoris tantum. Aliquando quidem in Præsides, tam Cancellarium, quam Regij Supremi Consilij eliguntur.

464 Religiosis, & omnibus Presbyteris, Archidiaconis, Plebanis, & alijs Clericis dignitatem, vel personatum obtinentibus prohibetur studium Physicæ, id est

Medicina, & Juris Civilis. c. 5. c. fin. L. 28. tit. 7. p. 1. Ne actionibus secularibus involvantur harum scientiarum occasione, & ne cupiditate addicendi has scientias, deo honorificas, & quasiuolosas avertantur à studio Sacræ Theologiæ, & Juris Canonici, (quod nomine Theologia, ut pars ejus venit, cap. 24. de Accusat.) quod quidem studium ipsis valde necessarium, & utile est. c. fin. b. t. ibid. Gonz. & Barb. Quicumque ergo Religiosus, proprie talis: (nec enim Novitij includuntur) qui egrediatur de Monasterio, vel extra illud sit animo has scientias addicendi, & intra duos menses à tempore, quo ad hunc effectum exijt, non revertatur ad Monasterium, ipso facto excommunicationem incurrit, & alias poenæ. c. 3. c. fin. b. t. quia tamen hæc Constitutio, ut poenalis, non debet extendi, sed restringi. c. 15. de Reg. jur. in 6. ea non comprehenduntur illi Religiosi, qui non exeunt, sed intra claustra audiunt Medicinam, vel Jus Civile, vel si publicam Academiam quo idè adeant ita ut ad claustrum redeant: vel etiam si aliquot diebus extra claustrum commorentur, ante lapsum tamen bimestris ad illud redeant. Suar. de Cens. D. 23. sect. 3. ex n. 6. Barb. in c. 3. b. t. & alij apud ipsos variis in prædictis sententiis. Clerici, vel Religiosi, si specialibus Constitutionibus, vel Diocesanis, vel Ordinis non prohibentur, possunt Leges, & Medicinam docere, cum solum eas audire sit prohibitum. c. fin. b. t. Suar. de Cens. D. 23. sect. 3. ex n. 17. Barb. & Gonz. in c. 3. b. t. n. fin. & alij contra D. Anton. Hoffiens. Arch. & alios. Et possunt gradum Doctoratus harum facultatum recipere, si ante ordines, vel professionem eas didicerunt. Et quidem Clerici non indigent Episcopali licentia, Regulares tamen indigent suorum Prælatorum licentia. Barb. in c. fin. b. t. n. 4. Mend. de Fur. Acad. lib. 2. q. 3. n. 360. Sanchez. in Decal. l. 6. c. 14. ex n. 44. Clerici Sæculares ubique audiunt, etiam in proprijs domibus audiunt has facultates, post duos menses incurrit excommunicationem, nisi tam ipsi, quam Religiosi Juri Civili, ut maxime ad Jus Canonicum necessario incumbant: nam tunc privatim illi possunt studere, imò juxta Hoffiens. Abb. & Barbos. in c. fin. b. t. n. fin. etiam publice possunt Jus Civile audire. Sed jam ob hanc rationem plures Universitates, & omnium Princeps nostra Salmantina, ad hoc gaudent privilegio Apostolico. Gonz. in c. 3. b. t. n. 4.

465 Doctores, & Magistri, qui Religiosos, habitu dimisso (secus coherentes) docent Leges, vel Medicinam, excommunicantur.



incurrunt, si doceant, vel in Scholis, extra eas, vel ipsos retineant. *c. 2. b. t. n. 6.* & quidem hæc tenentur faciant, secus si ignorantia etiam crassa; dummodo non sit adeo affectata, ut possit temeritas dici. *Suar. de Cens. D. 23. sect. 4. n. 39. Samb. in Decal. lib. 6. cap. 8. n. 100.* Ut qui retinent Religiosos, sed non docent, incurrant excommunicationem, est necessarium, ut huiusmodi Religiosos retineant in Scholis. *Suar. de Cens. D. 23. sect. 4. n. 41.* & quidem debent positive eos retinere: v. g. rogando, vel quasi cogendo: non tamen tenentur eos per vim expellere, nec officium docendi intermittere, sed possunt eos tolerare, nisi sit Rector Universitatis, cui incumbit expellere ex officio. *Suar. de Cens. D. 23. sect. 4. ex n. 39.* non incurrunt hanc excommunicationem docentes Leges, vel Medicinam, si retineant Clericos seculares; quia *c. 2. b. t. in 6.* tantum de Religiosis loquitur, & cum sit Constitutio poenalis non est extendenda. *c. 15. de Reg. iur. in 6.* Religiosis, qui habitum proprium Ordinis, etiam sine animo apostatandi dimittit, vel occidit, ita ut exterius nihil appareat, si hoc faciat temere, & sine iusta causa, incurrit excommunicationem. *c. 2. b. t. in 6.* quam vitat, qui ad breve tempus illum exiit, etiam ex causa turpi, v. g. ut furetur: vel ex ignorantia, etiam culpabili, dummodo non sit affectata, & temeraria. *Suar. de Cens. D. 23. sect. 4. ex n. 28. Samb. in Decal. lib. 6. c. 8. ex n. 63.*

466 Clericis, etiam in minoribus constitutis, & Religiosis, maxime prohibetur: & quidem sub poena excommunicationis, & loci, quod est sub privatione officij, & beneficij, iudicare per se causas sanguinis. *c. 5. c. 9. b. t.* Nec possunt dicere, vel scribere sententiam ad mortem, vel mutilationem; nec dare consilium, vel auxilium, vel autoritative talibus actibus interesse: hoc enim dedecet statum Clericorum, qui à Christo electi sunt in ministerium salutis. *c. 29. 23. q. 8.* & si mors, vel mutilatio sequatur, irregularitatem incurrunt. Clerici tamen possunt sine irregularitatis timore consilium dare,

ut Lex imponens mortem condatur; nam tunc solum mediate ad mortem concurrunt. *Barb. in c. 5. b. t. n. 3.* & causam criminalem, etiam per se tractare, quando nec mors, nec mutilatio sequitur. Si Episcopus, v. g. jurisdictionem temporalem habeat, eam potest Laico ad causas sanguinis delegare, & etiam si mors sequatur, nullam Episcopus delegans incurret irregularitatem. *c. fin. b. t. in 6.* erit tamen consultus generaliter jurisdictionem committere, & non in casu particulari. Et à delegato appellatur ad delegantem, qui per alium novum delegatum in gradu appellationis cognosceret. *Gloss. in c. 5. b. t. V. Aut iudicent.* Si tamen delegatio fieret determinate ad punitionem faciendam per mortem, vel mutilationem delegans fieret irregularis; nam tunc iam ipse censeretur sententiam sanguinis tulisse, & solum delegasse executionem. Latè *Suar. de Cens. D. 47. sect. 1.*

467 Denique, ut magis in specie sciamus negotia Clericis prohibita, audiamus capitalem decisionem *Text. in c. 1. b. t.* ibi: *Multa sunt negotia secularia, de quibus pauca perstrinximus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia, quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum est, munera iniusta accipere, vel etiam dare pro aliquo seculari quaestu, pretio aliquem conducere, conventiones, vel lites, vel rixas amare, in plateis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum, aut viduarum, conductores secularium rerum, aut pro uratores esse, turpis verbi, vel facti esse ioculatorem, vel jocum secularem diligere, aleas amare, ornamentum inconueniens proposito suo querere, in delicijs vivere, vel e. Gulam, & ebrietatem sequi, pondera iniusta, vel mensuras habere, negotium iniustum exercere: canes, & aves sequi ad venandum, & omnibus, quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia, & his similia Ministri Altaris Domini, necnon in Monachis omnino contradicimus, de quibus Apostolus ait: Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus.*



Este Armillo está prestado por el Sr  
Sr Juan Guzmán a Narciso Davila

Doy fe Narciso Davila







